


58

Kohl



111

an 3.

SPECIMEN THEOLOGICVM
DE
VSV LEGIS NECESSARIO

QVOD
PRAESIDE
VIRO SVMME VENERABILI, AMPLISSIMO,
LONGE CELEBERRIMO
DOMINO
SIGISM. IACOBO BAVMGARTEN

S. S. THEOLOGIAE DOCTORE, EIVSDEMQUE PROFESSORE PUBLICO
ORDINARIO, SEMINARII THEOLOGICI DIRECTORE, REGIARVM
MENSARVM EPHORO, ET ACADEMIAE SCIENTIARVM
BEROLINENSIS MEMBRO

FAVTORE AC PRAECEPTORE SVO AETATEM
DEVENERANDO,

A. D. APRIL A. R. S. MDGCL.
H. L. Q. C.
PUBLICÉ DEFENDET

AVCTOR
NICOLAVS NANNESTAD
NIDROSIA NORVEGV.

HALAE MAGDEBURGICAE,
TYPIS IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI.

STECIENI THEOLOGICUM
DE
LAW LEGIS NECESARIO
EX
PLATONIS
ALIO SUMMAE UNIVERSITATI ATTESTISSIMO
TOMO CELESTINOM
DOMINO
SIGISMUNDI MAGNARUM
ORDINATORI SEMINARIIS SOCIOCI BRITETORI RECIVIT
HISTORIA ET ACADEMIA SCIENTIARUM
MAGISTERIUS MICHAELE
FATIGATORI OF PRAECEPTORI SAVY ETATIM
DIABENERANDO
MICHAELE
FATIGATORI
AVOTO
NICOLAVS NANNIUS
TITUS IOANNAIS LUDVIGI GRAYMILLI

V I R O
EMINENTISSIMO
ET
SVMME VENERABILI,
DOMINO
FRIDERICO NANNESTAD
SS. THEOLOGIAE DOCTORI,
EPISCOPO DIOCESEOS NIDROSIENSIS
ET THEOLOGIAE PROFESSORI PVBLICO REGIO,
PATRVO SVO OPTIMO,
INDVLGENTISSIMO
SPECIMEN HOC ACADEMICVM,
PRIMITIAS FRVCTVV M, QVOS IPSIVS BENEFICIO
LVCRARI LICVIT,
DEVOTISSIMA MANV
D. D. D.
OBSERVANTISSIMVS
AETERNAQVE BENEFICIORVM MEMORIA
OBSTRICTISSIMVS NEPOS
NICOLAVS NANNESTAD.



VIRO
EMINENTISSIMO
SAMME VANERABILI
DOMINO
FREDERICO NANNSTAD
ET THEOLOGIÆ DOCTORI
EPISCOPO DIOCESEOS NIDROSENSIS
ET THEOLOGIÆ PROFESSORI FALCO REGIO
PATRAO SVO OPTIMO
INDAVENTUSSIMO
SPECIUM HOC ACADEMICUM
TRINITATIS TRACTAVM QOS THERAS ENERGICO
LACRARI CICATI
DEVOTISSIMA MVRN
D. D. M.
OBSERVANDISSIMUS
AETERNVÆ HINTICIORVM MEMORIA
OSTRATISSIMA MVRN
MOCVAS NANNSTAD

**VIR EMINENTISSIME
ET
SVMME VENERABILIS!**



uod bisce pagellis conspectui TWO, VIR
EMINENTISSIME et SVMME
VENERABILIS, subiicio quale-
cunque aliqualium in disciplina sanctiori prospectuum specimen, mi-
nime inexpectatum TIBI erit, aut inopinato in manus in-
curret, cum non preter voluntatem TVAM, quin potius

TWO

TV O consilio, TEque exigente, eius suscepta sit elaboratio. Quanta enim est, quam impensa mihi meti ipsi granulari iam diu mibi licuit, quamque deuota nunquam non vexerabor mente. TV I erga me affectus fauorisque plane singularis propensio, beneficiorum, que esse possunt, maximorum, quorum numerum accurata tenere posse memoria dudum sperare desui, largissimus fons: tanto simul desiderare TE iusto rigore a me scio, ut ita munificentia vterer TV A, ut nec TE beneficiorum paeniteret in prorsus indignum collatorum, nec ipsem et, quod amplissima et cuius exoptanda in bonis literis proficiendi copia et facultate, munere TV O mihi facta, male abusus, eamque sine fructu inde collecto praeterlabi passus fuerim, quandam deploare cogerer. Cui bonae indolis homini non totum se approbaret aequissimum tale desiderium, quo optimus quisque ac prudentissimus aliorum fortunæ auctor fautorque maxime dicitur? Qualem cum TE magis, quam alterum quemquam ego nouerim, semper id studiose mihi agendum existimau, ut iustissimis TVIS vel aliquatenus saltem responderem votis, nec solum TVAM, si quam de me conceperis, plane fallerem. Vnde fortiora nulla, quoties segnesceret ac intermitteret studium, mihi meti ipsi addere potui calcaria, quam viuam beneficiorum a manu TVA acceptorum recordationem,

quam



quam IPSUM ET præterea nouis ac immortalibus de me
meritis identidem in animo meo excitare ad hunc usque diem per-
rexisti benigniter. Non modo enim dum in alma academia pa-
tria versabar, insignem TVAM expertus sum beneficentiam,
sed quoque exteras visere Musarum sedes TVA mibi licuit mu-
nificentia. Properea, cum de profectibus meis publico quo-
dam TIBI comprobandis specimine me admonuisti, ut id fa-
cerem, voluntatique obtemperarem TVAE, aequum adeo, ut
nihil equius, non potui non reputare. Ut hoc itaque, qua
potui ratione, me soluerem debito, quam nunc vides, exar-
rare aggressus sum scriptiunculam. Ipse hic scriptionis meæ
scopus, ut TIBI eam inscriberem sacramque dicarem, sua-
dere, immo urgere mibi visus est; quod meum ausum ut se-
rena fronte excipere simulque pro aliquo gratissimi animi docu-
mento babere haud dedigneris, submissè rogo obtestorque. Pro-
lixissima non potero non perfundi letitiae, ut pote voti compos-
factus amplissimumque consecutus operæ pretium, si aliqua ap-
probatione TVA haud plane indigna visa fuerit mea hæc
scriptiuncula, nec atro prorsus notandam eam carbone iudica-
veris. Nec tamen ignoro, benignam ralem si tulero senten-
tiam, magis eam facilitati caidam TVAE acceptam re-
ferre me oportere, quam propriis quibusdam scriptionis le-

vins-



vincula virtutibus. Potius enim, et quæcunque minus recta
aut congruentia dicta fuerint, ingeniumque prodiderint minus
exercitatum, aequo ac indulgenti adspicere velis oculo, omni-
bus a TE efflagitare precibus me iubet proprii ingenii renata-
ris, nunquam clarus et maiori cum sensu, quam in hac ten-
tanda elaboratione, mibimetipsi detectæ conscientia. Preinde
vix obseruantissimum gratissimumque meum antiquum præclaris fa-
tis TIBI approbandi documentis vires mihi deesse hoc iudicau-
eris argumento, voluntatem tamen nunquam defuturam esse ve-
in persuasis benevolē habeas valde exopto. Certe, quam nullis
alii rationibus exserere se possit hæc voluntas mea, nunquam
cessabunt ardentissima pro incolumitate TVA, quam sartam
rectamque conseruari uti aliorum multorum, ita maxime mea
plurimum interest, in seros usque annos inconcussa persistura,
omnibusque exornanda gratiæ diuinae certissimis documentis, su-
premo Nutrini deputissime a me nuncupanda vota. Ita Valeas,
VIR EMINENTISSIME et SVM ME VENE-
RABILIS, ex propria animi sententia, immo quoque ex
mea, prout de me optime meritus es, quam rectissime et di-
uisissime, in ecclesiæ et patriæ maximum commodum, emolu-
mentum atque decus. Ita nec mibi firmum deerit præsidium.
Dab. Hale Magdeburg. in Regia Fridericana. d. XVI. Aprilis.
MDCL.



PROOEMIUM.



uo tanto & quiorem in sequentibus iudicem habeamus LE CTOREM BENEVOLVM, in ipso statim limine præmonendum EVM nonnihil duximus de destinatione et scopo speciminis nostri, rationibusque delecti a nobis argumenti. Haud ita dudum est, ex quo reuiuiscere incepérat verus Antinomorum error, quo omnis legis diuina sub œconomia noui testamenti vñs, tam ante, quam post conuersionem plane denegatur, eamque vna cum omni exinde surgente obligatione a CHRISTO abolitam sublatamque esse, euangelio, quod in legis locum succedit, illius adimplente vices, statuitur. Ad pugnam hac de re instaurandam iamdum controuersiis ab in eunte seculo agitatā, præsertim illa de desperatione salutari, et magis adhuc de lucta paenitentiali, nec non iniquo, quo doctrinam officia christiana tradentem vrgentemque sub macilenti moralismi contumelioso nomine bene multi prosecuti sunt, odio ac contemtu aut signum daeum aut prælulum esse viderur. Ipse autem predictus error tandem patronos et assertores hodie inuenit Herrnhutianos, et præsertim eorum antesignanum Ill. Comitem a ZINZENDORF. Prinus huic sectæ larvam detrahens Antinomos eos probauit S. V. PRAESES in Theologischen Bedencken, 1. Säml. 2tes Stück, pag. 156. seqq. simulque solidissimis refutauit argumentis. Deinde, postquam contra illud VIRI S. V. iudicium de Herrnhutianis insurrexerit personatus ille SIEGFRIEDVS in Be Scheidener Beleuchtung etc. atque totam rem quidem confessus, partim tamen varia quasuerit effugia, partim dicto errori colores obducere conatus fuerit, vanis eius exceptionibus abunde satisfecit VIR S. V. in Theolog. Bedencken 4te Saml. 24stes Stück, præsertim pag. 467. seqq. 540. seqq. et 608 seqq. Præterea huius erroris Herrnhutianos arguerunt S. V. WALCHIVS in Theologischen Bedencken von der Beschaffenheit der herrenhutischen Secte etc. pag. 70. seqq. Celeb. CAR. GOTTL. HOFMANNVS in Gegründeter Anzeige der herrenhutischen

A

Grund-

PRO O E M I V M.

Grund-Jrrthümer in der Lebre vom Gesetz und Euangelio, et IOH. PHIL. MEHLING in Gründlichen Beweß, daß der Herr Graf von Zinzendorf in allen Haupt Artickeln der Chriftlichen Glaubens Lebre höchst irrig sey. Art. XVII. XIX. XX. et XXI. Deinde acerrimum huius erroris propugnarem sese praefuit DAVID HOLLAZIVS, Minister V. D. in Pomerania. In lucem emissi sunt ab hocce viro primum varii Tractatus, qui ob scribendi quoddam genus simplex et captui vulgi accommodatum haud exiguo apud multos excepti sunt applausu, ita vt etiam a multis, quibus animarum eura commissa erat, studio inter auditores suos dispergerentur, a) quamvis haud obscure iisdem indicatum errorum passim prodiderit auctor. Cum autem anno MDCCXLVI heic prodiret nouum quoddam illius scriptum, *Lautere Gnadenbüren des Euangelii, alten menschlichen, eigenen und gesetzlichen Wegen entgegen gestellet*, inscriptum, vt censuræ S. V. PRAESIDIS, tunc temporis Decani Sum. Vener. Facultatis Theologica subiiceretur necesse erat, simulque a librario, qui sumus suppeditaret, rogatus est VIR S. V. scriptiunculam praefatione sua exornare. Vnde non potuit non VIR S. V. letores de erroribus admonere, quos in isto scripto, vti in reliquis eiusdem auctoris latere recte, vt posthac euentus docuit, suscipabantur. Quod etiam moderatione sibi propriâ praefuit VIR S. V. precipuos indicando abusus, quibus nostris diebus obnoxium est gloriosum euangelium beatæ DEI. Tantum abest, vt hoc tam leni monito accepto, ad faniores mentem rediret HOLLAZIVS, vt portius aegerrime istam praefationem ferret atque non modo noue libelli sui editioni apologiam subiungeret sub titulo: *Beschädigende (at vere immodesta inculataque est) Antwort auf des Herrn D. B. - - barte Beschuldigungen*; sed quoque posthac disertius et cum explicita contra publicam ecclesiæ nostræ doctrinæ oppositione errorem suum propugnaret in recensioni scripto: *Die Messianische Religion, oder Alt- und Neu-Testamentische Weise, durch das Verdienst Christi und den Glauben an ihn gerecht und selig und auch heilig zu werden*. Iamdum antea in recensionibus priorum scriptorum Hollazianorum de erroribus in iisdem latentibus nonnulla monuit Cœleb. D. FRID. WILHE. KRAFT in *Nachrichten von den neuesten theologischen Büchern*, et in *Neuer Theolog. Bibliothek*. Praesertim autem in recensione recentiori: isto scripto Hollaziano Messianische Religion errorum auctoris systema lectoribus suis ante oculos posuit Vir Cœleb. in *Theolog. Bibliothek* Tom. II. pag. 457. sqq. adiectis animadversiōibus nonnullis solidis et sine acerbitate prolatis. Hoc occasionem præbuit HOLLAZIO, vt clarius arque plenius errorum suum explicaret in libello anno superiori prodeute: *Erläuterung der Messianischen Religion und des darin enthaltenen Zeugnisses von dem gereueuzigten Christo*, cuius ultimum caput

a) Ut testatur Ven. KRAFT in *Neuen Theolog. Bibliothek*. Tom. II. pag. 474.



prædictæ censuræ *Ven. DNI. KRAFT* oppositum est. **HOLLAZIVS** ille non modo in *Viros Celeberrimos*, qui de erroribus eius ipsum aliosque leniter admonuerunt mordax atque insolens est, tanquam *hostes crucis CHRISTI* eos diffamans, atque de persecutionibus ob nomen CHRISTI acriter conqueritur, effata, quibus CHRISTVS discipulis suis prædixit persecutiones, quas illis inferrent infideles Iudei et gentiles, in se, quasi ipsi dicta essent accommodans b) more solito nouatorum istorum, qui inani publicam ecclesiæ nostræ doctrinam repurgandi reformandique studio pacem ecclesiæ per semiseculum mox elapsum misere turbarunt, quibus quotiescumque vel tantillum quisquam oblocutus fuerit, exemplo martyrii palmam gloriati sunt; sed quoque doctoribus ecclesiæ nostræ, iis forsitan exceptis, quorum ipse vestigia premit, aut qui cum eo communem tuentur causam, gravissima vitia mendaciter atque impudenter opprimat, quasi legalis et non euangelica esset eorum doctrina, quasi iustitiam et salutem per opera querere docerent, quasi incredulitatem nullo verbo reprehenderent, et quasi nihil plane in cœtibus nostris de CHRISTO, eiusque satisfactione per sanguinem ipsius et de fide in eum vulgo audiretur. Cum itaque tam acriter doctrinam ecclesiæ nostræ adorantur hostes tam exteri, scilicet *Herrenbutiani*, quam intēstini, nempe HOLLAZIVS, et qui eandem cum eo si non scriptis, tamen sermonibus diffimulant opinionem: dignum iudicavit specimenis huius scriptor argumentum, in quo profectuum suorum périculum faceret, vindicare doctrinam de *Vñ Legis Necessario*. Quoniam ad obiectiones zinzendorfianas ab aliis iamdum, præsertim a S. V. PRAESIDE abunde responsum est: HOLLAZII exceptionibus nos potissimum occurgere conabimur. Demonstrationem erronearum eius opinionum potissimum ex *Messianischer Religion et Erläuterung der Messianischen Religion* excerptemus, siquidem in hisce scriptis clarissime mentem suam propofuit. Prodierunt anno proxime praterlapsò omnia scripta Hollaziana vno fasciculo collecta, sub titulo: DAVID HOLLAZENS Sämtliche Erbauliche Schriften, vbi Messianische Religion deprehenditur pag. 871, sqq. et Erläuterung der Mess. Relig. pag. 993, sqq. Vnde quoties pagina a nobis citantur, hæc indigitatur collectio.

- b) Insolita sunt verba illius in Pref. ad *Erläuterung der Mess. Religion*: *Wie sollte es aber den Bekennern und Zeugen Christi ergeben? Jesus sagt: Sie werden evgh in den Bann thvn, Job. 16, 2. - - Sie werden zu euch sagen: Ihr geboret nicht zu unserer Kirche, zu unsrer Verfassungen, wenn ihr EINIG von Jesus und SEINER MENSCHHEIT zeugen wollt. Job. 9, 22.* Certe, si vnicie IESVM boninem, et non simul IESVM verum DEVVM confiteri vult auctor: ad nostram ecclesiam nequaquam pertinebit, quin vix Sociniani eum in societatem secum receperint.

4 CAP. I. DE NATVRA

CAPVT PRIMVM

DE

RATIONE ET NATVRA LEGIS DIVINAE
IN GENERE.

§. I.

Quid lex diuina in genere sit.

Cum de lege diuina in genere loquimur, vocem *legis* sumimus sensu maxime proprio et vulgari, pro *norma ac regula actionum liberarum in publicata Superioris voluntate contenta*. Adeoque sub lege diuina quacunque uno verbo complectimur patefactam voluntatem DEI, qua creature eius rationis vsu et intrinseca libertate gaudentes pro actionum suarum ratione determinante et regula per libertatem suam vti debent.

§. II.

Ratio legis diuinae in attributis DEI contenta.

In rationem et naturam diuinae huius legis inquisituros fundamentum eius atque fontem in ipsis attributis sanctissimi Numinis et in creaturarum necessaria conditione et ratione, qua ad D E V M se habent, querere nos oportet. Inter infinitas DEI perfectiones in primis hic in censum veniunt attributa eius, quae *moralia* vocantur. Per summam suam *sanktitudinem* D E V S est omnis et solius boni praesertim *moralis* infinitus amator, adeoque e contra omne *malum morale* infinito prosequitur odio. c) Vnde consequitur, vt non modo ipse sanctus atque rectus sit in omnibus suis viis atque operibus, sed quoque impense cupiat, vt omnes alii prater semetipsum, quotquot malum a bono discernere possunt, et eiusmodi sunt, vt sanctitas in eos cadere possit, sancti sint, sicut ipse sanctus est. Fortissime itaque eum mouet perfectissima eius sanctitas, vt amorem suum erga bonum morale, infinitamque, quam exinde percipit voluptatem, vna cum summo odio ac odio, quo malum morale vehementissime auersatur, aliis quoque demonstret, simulque eos a malo morali detinere et renocare, et ad oppositum bonum incitare summopere conetur. d) Inde exoritur exactissima eius iustitia, qua in eo consistit, vt bonum morale a creaturis et subditis suis serio requirat, omne malum morale apud eos indignatus, voluntatemque hanc suam seriam

c) vid. S. V. P R A E S I D I S *Thefes Theologicas* Part. I, Art. I. §. XI. Thes. I. REINBECKII *Berachtungen über die Augsb. Confess.* I. Th. 12. Betr. §. 1. et S. VEN. Senioris Ministerii Hamburgensis, FRID. WAGNER *Ausführliche Berachtungen über die Chrsfl. Glaubenslehre*, 2. St. §. 126. 128. seqq.

d) vid. S. V. WAGNER. I. c. §. 141. seqq.

LEGIS DIVINAE IN GENERE. 5

seriam esse ipsa re demonstrat. e) Non igitur per sanctitatem et iustitiam suam malum tantummodo a creaturis iamdum commissum indignatur; sed quoque mala ab iis committenda impeditre cupit. f) Cum autem creaturae rationales et liberæ voluntatem suam et inde dependentes actiones internas externasque per intellectum fletere, et variis modis, prout bonum ipsis visum fuerit, determinare possint; adeoque per rationes et mandata a malo dimoueri et ad bonum incitari sciunt; exinde pater, quod sanctitas et iustitia D E V M mouant, ut quid bonum malumque sit, suamque de eo voluntatem, vna cum annexis rationibus impellentibus creaturis istis patefaceret, h. e. vt leges subditis suis ferret, quo etiam hac ratione, naturæ subditorum et sanctitati ipsius inter alias conuenientissima, bonum morale promouere, opposito malo impedito, posset. Ergo ratio tam ipsarum legum, quam quoque publicationis earundem in sanctitate et iustitia diuina deprehenditur. Sed ad easdem publicandas præterea quoque D E V M mouit benignitas sua, per quam felicitatem creaturarum fuarum exoptat, eamque optime procurat. Nam non potest non per sanctitatem et iustitiam suam creaturas, que recte agunt, fauore suo prosequi, remunerationibusque exornare, et e contra iram suam in mala atque iniusta perpetrantes exferere. In fauore autem diuino et exinde profluentibus beneficiis summa consistit creaturarum rationalium felicitas, vti eius defectus summam efficit infelicitatem. Idcirco secundum benignitatem suam subditos suos D E V S legum suorum promulgatione instruere voluit, qua ratione illam obtinere, hanc autem effugere eos oporteret.

§. III.

Ratio legis diuinae, quatenus in conditione creaturarum continetur.

Præter attributa D E I, in quibus fundata est lex diuina, ad rationem et naturam eius penitus perficiendam considerari quoque opus est conditionem eorum, quibus lex data est. Exinde enim vterior tam obligationis, quam lex diuina infert, quam quoque diuersitatis legum pro diuerso creaturarum statu obseruandarum, ratio apparet. Præter intrinsecam creaturarum rationalium, quas solas lex diuina spectat libertatem, cuius in § superiori mentio iniecta est, vna cum inde dependente moralitate actionum earundem, de qua §. proxime sequenti, diuersisque illos status, quorum specialis posthac occurret consideratio, hic potissimum consideranda venit earum dependentia a D E O. Solus D E V S est infinitus ille atque increatus spiritus, qui nullius nisi suimetipsius arbitrio subiectus est. Omnes autem reliqua res ab eo dependent, dum ipsi acceptam

A 3

ceptam

e) vid. S. V. P R A E S. I. c. §. XII. Thes. I. REINBECK. I. c. §. 2. et S. V. WAG-
NER. I. c. §. 143. seqq. et §. 177. seqq.

f) vid. S. V. WAGNER. I. c. §. 141. - 147. et §. 181. - 186.

CAP. I. DE NATVRA

ceptam referant, necesse est, omnem suam existentiam, cunctaque suas circumstantias, atque adeo ab ipso futuram quoque suam sortem expectent. Integrum rerum universitatem dominio omnibus adeo soluto limitibus moderatur, ut quæcunque fiant, non nisi ex nro, vel saltem permissione eius fiant, et contra absolutam eius voluntatem nihil plane eveniat. Quicquid itaque D E V S, nisi sub certa conditione, evenire noluerit, nunquam accidet conditione ita deficiente. Hinc patet, quod creatura rationales, si felicitatem cum boni moralis studio coniunctionam, adeoque obseruationi mandatorum diuinorum alligatam obtinere velint: necessario legi D E I seruandæ se accingant. Cum autem porro omnes in propriam felicitatem tendant: sequitur omnes ad legis diuinæ obseruationem obligatas esse.

§. IV.

Obiectum legis diuinæ, sc. bonum et malum morale.

Diximus aliquoties obiectum legis diuinæ esse bonum et malum morale. Intelligimus per *bonum morale* communis usui conuenienter *liberas actiones bonas*, seu cum fine agentis conuenientes; aut tales actiones, ad quas causa agens libera, per rectum libertatis sua usum, adeoque secundum cognitionem veram se determinare potest; vt per *malum morale* intelligimus *actiones liberas*, quæ contraria ratione se habent. g) Ex hisce patere potest, qua ratione *bonum morale* differat ab *officio*, *bono opere* vel *virtute* (hac non pro habitu, sed pro actu sumta) et *malum morale* a *peccato* aut *vicio* (hoc quoque pro actu sumto). Nimirum vna eademque actio antecedenter ad legem considerata, quatenus talis est, vt lege præcipi mereatur, *bonum morale* vocatur; sed consequenter ad legem considerata, quatenus legi conformis est, vocatur *officium*, *bonum opus* vel *virtus*. Simili ratione mutatis mutandis se habet cum *malo moralis* et *peccato* seu *vicio*.

§. V.

De mutabilitate aut immutabilitate legis diuinæ.

Omnes leges diuinæ, proprio loquendo, immutabiles sunt. Nam lex diuina est voluntas quadam D E I, quæ intellectum eius sequitur. Est vero intellectus diuinus perfectissimus et immutabilis; adeoque quicquid vna vice bonum vel malum morale iudicauerit, illud semper pro eiusmodi habet, et quoque semper tale est, eodem nimirum respectu. Alio tamen sensu nonnullæ leges diuinæ

g) De bono et malo morali conf. præter systemata Metaphysica, et scripta Philosophorum recentiorum, quibus doctrina de origine et permissione mali, et de libertate mentis humanae collustratur, præfertim BÜLFINGERI et MEIERI ut et CANZII, etiam S. V. PRAESIDIS *Theolog. Moral* §. 17. et WAGNER l. c.

§. 102. 103.

diuinae mutabiles, aliae autem immutabiles, vel potius temporarie et non tempore dicuntur possunt. Quae diuersitas ab obiectorum diuersa condione dependet, duplii potissimum innixa fundamento. Primo enim nonnullae actiones alias lege diuina prescriptae vel prohibite in certo quadam statu liberae esse desinunt, dum non amplius in potestate causa agentis liberae posita sunt; quo itaque respectu circa eas lex diuina non versatur, utpote actiones tantum liberas pro obiecto habens. Deinde nonnullae actiones non nisi aliis quibusdam accedentibus circumstantiis, aut tantummodo ratione certorum subiectorum moraliter bona vel mala sunt, adeoque leges, quibus de iis cautum est, alio respectu nullam obligandi vim habent. Quod si itaque actio quadam antea lege diuina precepta vel prohibita per alium longiorem temporis tractum, vel etiam in perpetuum aut moralitatem suam plane amittat, aut etiam ob circumstantiarum diuersitatem moralitas eius mutetur: lex ista diuina, qua de eiusmodi actione statutum erat, mutata dici potest.

§. VI.

De abrogatione legis diuinae.

Hinc intelligitur, quid ad id requiratur, ut lex quedam diuina abrogata dici possit. Tum demum abrogatur lex diuina, vbi ad illius observationem non amplius tenentur, quibus lata erat. Quousque autem actio quedam moraliter bona fuerit, DEVS per sanctitatem suam eadem delectatur, eamque a subditis suis peractam iuxta iustitiam suam vult, qui proinde ad eidem operam dandam lege adstringuntur. Contraria ratione cum actione moraliter mala, quam diu talis fuerit, res sepe haberet. Quod si itaque lex diuina antiquari debeat, nulla alia fieri potest ratione, quam si aut actionis prohibite vel mandata omissione vel perpetratio apud causas agentes liberas non amplius steterit, adeoque omnis actionis moralitas sublata fuerit; qua ratione e.g. hodie antiquata dici potest lex diuina de non fruendo fructu arboris veritate; aut actio mandata moraliter bona esse, prohibita autem moraliter mala esse desuerit. Hunc casum exempli loco illustrare possunt plerique leges leuiorae et forenses iudicis quandam latæ.

§. VII.

Lex diuina naturalis et positiva.

Omnis quidem actiones, circa quas lex diuina versatur, vel precipiendo vel prohibendo per se moraliter bona vel mala sunt; non tamen hoc ipsum de omnibus a priori æque clare constat. Si actionis cuiusdam qualitas moralis aperta adeo fuerit, ut creature rationales, deposita revelatione diuina, aliunde eam sufficienter ad actionis commissiōnem vel omissionem deveniendam cognoscere possint: tunc lex de eiusmodi actione statuens naturalis vocatur. Quod si autem actionis qualitas moralis aliunde quam ex diuina revelatione aut omnino non innoverit,

aut

aut non quantum ad actionem eligendam vel reprobandam sufficerit: tunc lex positiva audit.

§. VIII.

Lex diuina differt pro diversitate subiectorum.

Ex superioribus praterea iure conclusimus non omnibus creaturis, in quilibet licet circumstantiis diuersitate constitutis, easdem latas esse leges diuinæ. Etenim in omnes non vnaquævis res perpetranda cadit; nec apud omnes eadem actio eandem habet speciem. Leges, qua matrimonii comprehendunt rationem prescribunt, beatos coelites, et quorum hi similes erunt, angelos non spectare, propterea, quod nec uxores ducent, nec nuptum dabuntur, testatur ipse CHRISTVS *Luc. XX, 34-36.* Et diuersos tantummodo, quibus homines inter se differunt status adspicientes satis superque animaduertamus non eadem hominibus diuersissima licet conditionis ex a quo licere,

§. IX.

Summa legis diuinae.

Summam legis diuinæ nominantes tale innuimus officium, ex quo omnia reliqua profluunt, et in quo in gyrum quasi redeuntia sese iterum abscondunt; quod qui diligenter ante oculos habuerit, haud facile alterum quodcumque sciens volensque negliget, aut legem villam diuinam susque deque habebit; quod reliquis omnibus officiis anteponendum est, et quo neglecto frustra reliqua omnia postulata quisquam exsequitur. Tale est magnum istud mandatum: *Diliges Dominum DEVM tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua. Matth. XXII, 37.* Talis amor DEI omnem erga alias quascunque res affectionem longo post se relinquens intercallo, omnium equaliter spirituum conditorum officii est. Si enim ulla vera infinitarum virtutum diuinarum cognitione pollut, easdemque rite estimare scient; si villo perfectionis sensu tanguntur, sique vallis boni et recti amor mentibus eorum insidet: non possunt non Numen Ter Optimum Terque Maximum amore prosequi, quali nullam aliam rem dignam iudicabunt, omnique proinde versus illud vergere appetitu suo atque desiderio, nulla de re tam puram tamque largam haurientes voluptatem. Vnde nobilem quandam in infinitum tendentem apud se sentient cupiditatem, aliunde, quam ex infinito DEO expleri nesciam. In hoc itaque querent summam suam, seque vnice dignam visam beatitudinem, et eo ipso simul crescat eius cupido. Eum propterea omnium suorum inceptorum scopum simul et normam constituent, nihil unquam commissuri, quod ipsi aduersum arque indignum, aut eum a se abalienaturum esse cognoverint. Præprimis omne illud magnopere fugient, quod animis ipsorum nimis se insinuando, impedire quo minus æquicunde amplius DEVS ipsis sapiat, aut voluptatem de DEO percipien-

LEGIS DIVINAE IN GENERE.

cipiendam minuere posse praeuiderint. Porro vt eum amant, ita quoque omnia, que eius sunt amabunt. Hinc non tantum semetipso nulla ratione vlo dehonestabunt vitio, potius benignitates diuinæ reliquarumque DEI perfectionum speculum semet reddere studentes; sed et alios nunquam impedit, quo minus DEO fe delectare possint; et contra plura adhuc DEV M extollendi, laudesque eius deprædicandi incitamenta iis procurare allaborabunt, adeoque quibusuis modis eos exornabunt in DEI sui laudem atque gloriam. Atque hoc est alterum istud præceptum, quod tanquam priori proxime secundum CHRISTVS commendat Matth. XXII, 39. *nimirum dilectio proximi sicut suimetipsum.*

§. X.
Legis diuinae, quatenus homines in statu integratatis spectabat, specialis consideratio.

Ad specialiorem legis diuinae, que homines spectat, accedimus considerationem, que, vt scopo nostro satisfaciamus, ita videtur instituenda, vt quid circa legem pro triplici hominum ad DEV M respectu, cum vel vt originali sua integritate conspicui, vel vt peccatores severo DEI iudicio obnoxii, vel vt per CHRISTVM in gratiam cum DEO reduci considerari possint, observandum venias speciatim dispiciamus. In integratatis statu constitutus homo dicitur: quamdiu nihil mali moralis commiserit, adeoque non modo viribus ad explenda omnia sua officia necessariis prædictis fuerit, sed quoque eodem ita collocauerit vt nullum ipsi moraliter bonum pratermitteret, per consequens examissim legem diuinam expleret, adeo vt nihil in ipso desiderari posset. Quod si itaque in hoc statu permanisset homo, non obstante sanctitas et iustitia divina, quo minus omnia ista bona, quibus iuxta benignitatem suam eum beare cupit DEV S, in eum conferre posset; et insuper quoque præmia ista reportaret, qua DEV S iustitia et sanctitate sua motus legi sua obsequentibus proposit. Vnde patet, qua ratione homo tunc per opera saluaretur, dum non modo vitam æternam, absque quidem suo merito, a benignitate diuina acciperet; sed quoque premiorum in eadem, suadentibus iustitia et sanctitate divina, bonis operibus constitutorum compos fieret. Quo videamus qualia tunc lex diuina præscriperit officia, opus est generalium officiorum, qua summa legi efficiunt, ad hunc statum speciali applicatione. Quo facto, unicuique patebit quod respectu amoris erga DEV M hominibus integris incubuerit DEV M amare et veinerari, tam absolute spectatum, vt *Numen supremum* perfectissimumque, intensissimo amore, deuotissimo cultu et veneratione, supremo honore dignissimum; quam respectu ipsorum, vt creatorem, vniuersi rerum finitarum ambitus statorem, conservatorem et moderatorem potentissimum, adeoque Dominum ipsorum absolutissimum et evergetam munificentissimum.

mum. Respectu amoris erga semei ipsos officii eorum fuit, semei ipsos amare ut creaturas, et quidem rationales, hinc subditos supremi istius Regis, corpore æque ac anima rationales constantes, ad illustrandam gloriam creatoris et Domini sui conditos, huic quoque fini suo hucusque pro modulo suo satisfacientes, porro autem quoque ex officio debitoque pariter se gesturos. Hinc bonis operibus et confirmationi sua in bono operam nauare debuerunt, adeoque omne malum morale seu peccatum auersari, sibique ab eodem solicite cauere, omnibus adhibitis legitimis mediis, inter quæ damni, quod peccatum post se traheret, viua consideratio, et cancellorum, quibus vires suæ erant circumscriptæ, ita ut non omni exempti essent labendi periculo, memoria aliquem mererentur locum. Quoad amorem erga alios officii fuit quascunque res tanquam media illustrandæ gloriae diuinæ pro gradu, quo huic fini inferiunt, amare et magni facere; itaque speciatim erga alios subditos DEI obseruanda erant officia, quæ (secundum §. præced.) suadet debitus erga DEV M amor. Quæ igitur etiam reliquis hominibus præstanda erant, quantum requirebat aut etiam permittebat perfectione ille status, quem apud alios æque ac apud semei ipsos quilibet hominum magni facere oportebat. Præterea cum ipse DEV S inter homines instituerit societatem coniugalem, ex qua deinde nascetur societas paterna, obseruanda quoque erant omnia officia ex ipsa harum societatum natura profluentia; quod quoque de qualibet alia societate, que forsan locum haberet, valere res ipsa loquitur. Ut tribus verbis omnia officia legis diuinæ paradisaicæ comprehendamus: obseruanda erant cuncta officia ex attributis et natura DEI; ex essentia hominum et necessario eorum tam cum DEO aliisque creaturis, quam inter se inuicem nexus; ex propria eorum aliorumque integritate, et ex natura societatum inter eos institutarum profluentia; quibus adhuc officia legibus positius diuinis præscribenda accederent.

§. XI.

Legis diuinæ, quatenus homines sub reatu consideratos spectat, consideratio.

Postquam ab originali sua integritate defecerint homines legem diuinam violando, reatu coram DEO, iustoque eius ac severo iudicio obnoxii redditi sunt, salutremque, cui destinati erant, amissam; bonis operibus aut propriâ atiâfactione nunquam recuperabunt. Nam sanctitas et iustitia diuina non modo obsunt, quo minus in scelere commaculatos conferatur felicitas, quam integri a benignitate diuina acciperent; sed quoque ob culpam commissam penas infligendas suadent. Hoc certissime euenerit si vel vna tantummodo contracta fuisset culpa, omnibus licet posthac expletis officiis; quanto itaque magis, cum tanta naturæ nostræ coorta sit corruptio et ad officia exsequenda impotentia, quantam, duce scriptura sacra, ipsi in nobismet deprehendimus?

Tantum



LEGIS DIVINAE IN GENERE.

IP

Tantum abest ut in hoc statu lege diuina non adstringerentur homines: vt potius nouorum officiorum necessitatem et debitum defectione sua sibi meti ipsiis imposuerint. Primo omnia officia, quæ in integratis statu requirebantur, si ea excepéris, quæ aliis hominibus vt in integritate persistentibus debebantur, etiam in hoc statu obseruanda veniunt. Sunt enim vel absolute immutabilia, ita vt nec vñquam desinant ab arbitrio hominum dependere, aut libera esse, nec moralem suam speciem immutare possint; quorsum pertinent ea, quæ in essentia DEI et hominum et necessario vriusque partis-nexu fundata sunt. Vel etiam si absolute spectata quidem mutari possent, reuera tamen mutata non sunt, vtpote fundamento eorum non sublatio; qualia sunt ea, quæ præsentem hominum inter se et cum mundo corporeo aliisque creaturis nexum, aut sociatum in statu integratatis institutarum naturam pro ratione habent. Vel denique aliis proxime innituntur officiis eternis et immutabilibus, quibus violatis, observari quidem nequeunt, non tamen omnino indebita reddita sunt, siquidem ad eorum fundamentum et rationem homines obligati atque obstricti tenentur; quorsum referenda videntur officia, quæ hominibus circa semetipsos vt in bono perseuerantes obseruanda essent. Quibus adhuc superaddi potest postiuum istud mandatum de feris septimo quoque die celebrandis, quod posthac noua promulgatione renouatum est. Hicce itaque omnibus officiis moralitatem suam retinentibus, prætereaque immotis permanentibus diuina iustitia et sanctitate nostra que sub imperio DEI subiectio, patet quod in hoc statu quoque vi-
geant leges diuinæ de ipsis officiis, et quod nos ad eas seruandas simus obligati. Deinde ex novo isto respectu, quem defectione sua a bono acquisiuerunt homines, noua nonnulla exoriuntur officia. In hoc enim statu DEV M in-
tueri quoque debent homines vt inobedientia ipsorum grauiter lasum, prop-
tereaque iusta erga eos accensum indignatione, atque proinde vt severum iudicem.
Semetipsos pro miserrimiis habeant necesse est peccatoribus, ad omne
bonum ineptis et mortuis in lapsibus et peccatis, Eph. II, 1. Alios autem ho-
mines vt pari secum obnoxios reatu et iudicio adipisciant. Hinc iustum esse
DEI iudicium quo ipsi tanquam morte digni condemnantur, agnoscere atque
confiteri, peccata sua, et ob illa semetipsos quoque auersari, illorum abolitionem
serio optare, adeoque etiam remissionem culpe et pena supplicibus a
DEO precibus, si paterentur iustitia et sanctitas eius, efflagitare debent.
Porro num ulla ex graui isto reatu atque miseria eluctandi ratio supersit solito
animo inquirere, omnesque requisitas conditiones lubenter exsequi eos oportet.
Respectu aliorum hominum varia ex hoc statu exsurgunt officia, quæ in
priori statu locum non haberent; quorsum verbi gratia laſiones aliis illatas de-
precari et detrimentum a se acceptum resarcire, vicissim injurias sibi illatas per-



ferre, earumque veniam dare, aliorum emendationi operam nauare, aliaque bene multa, praesertim inter officia socialia, pertinent. Quæ omnia cum non nisi ob reatum peccati et communem totius generis humani infirmitatem opus sunt, exinde quoque suam desumunt moralitatem; adeoque non nisi respectu huius statutus moraliter bona sunt et lege diuina prescribuntur. Simil tamen eiusmodi sunt, ut ex officio omnium generalissimo, si in subsidium vocatur de reatu coram DEO et de infirmitate humana relatio, deriuari possint. Quod autem reuera lege diuina iniungantur abunde docent legis diuinæ tam naturalis quam reuelatae explanatores.

§. XII.

Legis diuinæ, quatenus homines sub fiducie gratiæ viuentes spectat, consideratio. Et officiorum eadem præceptorum prius genus.

Ad primariam huius sectionis partem, propter quam haec tenus tractata præmissa sunt, accedimus, legem diuinam, habito simul ad vicariam CHRISTI satisfactionem respectu, seu quatenus ad homines sub œconomia aut fecundum gratiæ viuentes, per CHRISTVM aut redemptos aut certo redimendos pertinet, consideratur. In eo a prioribus differt hic hominum respectus, quod cum iuxta illos aut per plenariam ab omni malo morali immunitatem, adeoque perfectum erga legem diuinam obsequium saluarentur homines, aut ob defectum perfectæ obedientiæ pereundum iis esset: secundum hunc, deficiente licet plenaria officiorum explectione, per fidem in CHRISTVM saluari possint, siquidem sanctitati et iusticie diuinæ, contrarium suadentibus, per vadimonium CHRISTI, obedientiamque eius actiua et passiua abunde satisfiat. Non tamen eosque extendi oportet hanc CHRISTI in hominum vicem præstatam satisfactionem et legis explectionem, vt nullam amplius illi deberent legis obseruationem, nullaque iis præstante incumbenter officia. Tam procul enim hoc a veritate absit, vt potius prater officia §. superiori indicata etiam ex hoc nouo respectu noua quædam cooriantur officia, quæ alias nullum deprehenderent locum. Primo officia, quæ hominibus sub reatu peccati consideratis incumbunt, nouo licet hoc respectu accedente, immota permanent, siquidem eorum rationes et fontes, vnde deducta sunt, haud tolluntur. Haud enim in eorum demonstratione fiximus homines esse peccatores, pro quibus nulla præstaretur aut præstata esset satisfactio. Hoc enim si factum fuisset omnino per nouum hunc superuenientem respectum tollerentur omnia, quæ ex ista assumptione conclusa fuerint. Sed vicaria CHRISTI satisfactione in ista consideratione seposita quidem, non tamen plane dissimulata, officia, et consequenter quoque obligationem ad seruandam legem diuinam de iisdem præcientem, deduximus partim ex essentia DEI et hominum, et necessario eos inter-

intercedente nexu; partim exinde, quod homines a debita sua defecerint perfecione, peccatoque infecti sunt et partim ex aliis nonnullis respectibus accidentalibus, qui omnes minime per hunc sublati sunt. Nam vti essentia et natura divina mutabilis ne fangi quidem potest: ita per decretum diuinum de mediatore hominibus confitudo, aut per huius decreti executionem nequam immutata est essentia aut natura humana, neque peccata, originale vel actualia ab hominibus sublata sunt, neque reliqua hominum tam inter se, quam cum aliis creaturis cessarunt connexiones. Igitur officia §. sup. indicata per vicariam CHRISTI substitutionem nec libertati hominum intrinseca exenta sunt, aut moralitatem suam amiserunt, nec eandem commutarunt, ita ut quod ante bonum, iustum et rectum erat, hoc accidente respectu malum et iniustum redditum esset. Per consequens nequam leges praedicta officia imperantes abrogatae sunt; quin potius indissolubili ad easdem servandas homines adstringuntur vinculo. Cum hac devniuersa economia gratiae dicta sunt, non modo de veteri testamento, sed quoque de novo peraque valebunt.

§. XIII.

Vtterior confirmatio solutione objectionum.

Non admodum refragabuntur aduersarii, si §. sup. demonstrata ad homines tantum ante CHRISTVM viuentes quisquam pertinere affirmauerit; de noui autem testamenti temporibus eadem plane pernegabunt. Rationes precarias huic suo errori ab iis praetextas infra discutiemus, vbi ad speciales legis diuinæ usus demonstrandos descenderimus. Hic tantummodo monendum videtur, quod, si per officium CHRISTI mediatorium, *qua tale*, homines obseruatione legis diuinæ exemptos esse statuere voluerint, adeoque solutionem ab obligatione legis pro fructu satisfactionis vicaria venditauerint: etiam homines ante CHRISTVM viuentes huic afferant libertati, necesse sit, siquidem ad eos quoque se extenderant fructus satisfactionis CHRISTI, viptote quam habuit *retrocontinuum*, ut Theologi loquuntur. Aliquatenus quidem causæ sive consilere vulnus HOLLAZIVS, dum legem moralē æque ac ceremonialem (haec enim legis genera non vult distingui) Iudeis tantum specialis œconomiae loco, in pädagogiam quandam peculiarem h), tanquam typum

b) Meff. Relig. pag. 916. seq. *Der vornehmste Gebrauch des Gesetzes im alten Testamente, der fast alle die übrigen in sich fasst, war, daß es im Buchstaben verfaßt, eine Pädagogie bis auf CHRISTVM seyn sollte. — Gott brauchte es an einer Special- Oeconomie und Haushaltung oder Vormundschaft unter dem Jüdischen Volke, dasselbe sollte unterm Gesetz verwahret bleiben bis CHRISTVS käme. Das Gesetz müsse ihm zu einem harren und unerträglichen Joch werden, damit*

pum i) et apographum CHRISTI k), et tanquam tabulas fœderis cuiusdam secundarii, cuius conditiones meræ erant promissiones bonorum temporalium, nullum ad vitam æternam habentes respectum 1), latam reuelatamque esse comminiscitur, nullam aliam itaque legi diuinæ ne quidem in veteri testamento attribuens obligandi vim, quam ex positiva quadam et arbitraria eiusdem in specialem Iudæis œconomiam diuina ordinatione profluentem. Quibus assuntis hypothesibus, liberatio illa, quam afferunt aduersarii, a legis observatione, non potest haberi pro scopo et fine, adeoque nec pro fructu vicaria CHRISTI satisfactionis; unde nec obiici potest eandem ex æquo hominibus ante CHRISTVM viuentibus competere oportere. Sed vero ita nec liberatio a condemnatione legis et a reatu peccatorum sub veteri œconomia commissorum fructus satisfactionis vicaria, qua talis erit; licet satisfactionis ut reuera et actu secundo iam præsitæ effetus aut consecutarium dici possit: nam iuxta istas hypotheses decretum DEI de mediatore hominibus constituendo ut prius decreto de lege promulganda considerari debet; lege autem non promulgata, nulla essent peccata. Rom. IV, 15. atque nec possent condemnare m). Ceterum subsidiarii hi HOLLAZII errores partim ex iis refelli polunt,

mit dies Volk sich nach Christo sehnen mögte; et deinde: Auch das Ceremonial-Gesetz gebüret mit zur Pädagogie auf CHRISTVM. Si de sola lege ceremoniali hæc dicta fuissent, restæ haberent.

i) ibid. pag. 924. Das Moral-Gesetz ist ein Vorbild auf CHRISTVM, denn Christus war des Gesetzes Ende, Zweck oder Gegenbild.

k) ibid. pag. 921. Weil der HEILAND mit seinem Exempel noch nicht da war, so musste an dessen Stelle das in Steinen und Buchstaben fürgebildete oder fürgeschriebene Gesetz dienen, als eine Copie oder Ausdruck von des Heilandes Heiligkeit. vid. quoque seqq.

l) ibid. pag. 922. Der vierte Gebrauch des Gesetzes war, daß es ein Bund zwischen Gott und dem Jüdischen Volcke seyn sollte, abermahl bis auf Christum. — — Das Moral-Gesetz war gleichsam ein besonderer Nebenbund allein mit dem Jüdischen Volcke. Es war ein Bund der Wercke, aber nicht zu Erlangung der Gerechtigkeit und Seligkeit, — — sondern zu Erlangung leiblichen Segens, Besitzung Canaans, langen Lebens, Fruchtbarkeit des Landes und des Viebes, und die Ungebärfamen dagegen hatten die Drobung aller gegenseitigen, leiblichen Strafen und Landplagen.

m) Absurda hæc conclusio: peccata ideo peccata esse, quod CHRISTVM mediotorem constituerit DEVS decreuerit apertius adhuc consequitur ex asserto HOLLAZIANO: CHRISTVM esse primum principium moralitatis, quod legitur Erklärung der Maff. Relig. pag. 1096. Affirmavit sepius HOLLAZIVS in Maff. Relig. CHRISTVM esse normam atque regulam bonorum operum lege morali multo perfectionem, adeoque legem superuacaneam esse. Cui commento Celeb.

KRAFT

LEGIS DIVINAE IN GENERE. 15

suntr, quæ de naturali et necessaria legis obligatione adstruximus, partim in sequentibus, expugnato primario eius errore, corrueant. Sed ut suam stabilient sententiam obiciunt fortasse dissentientes CHRISTVM legem diuinam perfecte seruando, poenasque inobedientia nostra promeritas soluendo hominum impleuisse vices, aut implendas in se suscepisse; adeoque nullo iure DEVUM ab hominibus postulare posse ut debitum, quod vicarius eorum perfecte solvendum suscepit, ipsi quoque iterum soluerent. Respondemus autem primo DEVUM ob summam suam sanctitatem et iustitiam nullo modo perfectam legis impletionem a CHRISTO prestitam eum in finem ordinare potuisse, ut ipsi homines omni soluti euaderent legem diuinam seruandi necessitate. Ille enim est sanctissimus, qui omne bonum morale, quod simul constare potest, cupit atque vrget, atque omne malum morale, quod simul evitari potest, auersatur, odit impeditque. Sed vna cum perfectissimo CHRISTI impletione legis simul constare potest propria hominum legis diuinæ pro virili obseruatio, obedientiaque mandatis DEI prestita. Ergo DEVVS, quippe qui sanctissimus est, non potuit per satisfactionem CHRISTI alicuiam homines ab obseruatione legis diuinæ liberatos voluisse. *Quod si querentes per CHRISTVM iustificari,*

KRAFT in Theolog. Bibliothek. T. II. p. 473. opposuit: omnes CHRISTI virtutes non posse nisi per legem cognosci: quoniam ex omnibus in rerum gestarum CHRISTI monumentis non enumerantur; e.g. CHRISTVM castitia atque temperantem fuisse aliter cognosci require, quam sequenti ratione: CHRISTVS fuit sanctissimus et sine peccato; castitas et temperantia sunt virtutes secundum legem diuinam; ergo CHRISTVS castus atque temperans fuit. Hac Vir. Max. Reners obiectione ad incitas redactus est HOLLAZIUS. Ut tamen aliqua ratione se expedire posset, responder I. c. miscens quadrata rotundis: Ich wisse keine Tugenden zu finden außer in Christo, und bey dem, der in Christo Jesu ist. (Etiam apud DEVVM essentialiter consideratum, apud homines in statu integratatis et apud sanctos angelos reprehenduntur). Die Moralität ist viel volkommener in Christo als in dem Gesetz zu haben. Wober weiß ich daß das Gesetz Tugenden beibehält, was ist das primum principium moralitatis, ist der Heiland deswegen heilig, weil er heilige Sachen geborben und gethan, oder sind die Sachen deswegen heilig, weil sie Christus geborben und selbst gegeben? Omnia ideo sanctus est Salvator, quia peccatum non fecit, et non inuenitus est dolus in ore eius. Pet. II, 22. Alias enim admodum captiosa esset provocatio CHRISTI Ioh. VIII, 46. quis ex vobis arguit me de peccato. Si enim CHRISTVS esset primum principium moralitatis, etiam summa flagitia, si modo a CHRISTO perpetrata fuissent, absit blasphemia! sancta atque recta essent. Preterea moralitas actionum mere subiectua iam dudum adeo inter eruditos explosa est, ut nemo vel leviter scientiis tinetur ei patrocinari possit. Cæterum ab HOLLAZIO in vicem queri potest, vnde homines in statu integratatis et quoque in veteri testamento nouerint legem diuinam virtutes vel bona moralia pricipere?

ficari, peccatores inueniremur, CHRISTVS fieret minister peccati. Quod abfit! Gal. II, 17. Multo autem magis minister peccati CHRISTVS foret, si legem impletet, vt nobis impune peccare liceret. Si autem non impune peccare nobis licet, ad non peccandum, adeoque ad seruandum mandata et praecepta DEI h. e. legem eius tenemur. Deinde regerimus per propriam legis diuinam obseruationem non inutilem euadere obedientiam CHRISTI adiuvam meritoram. Nam primo legem diuinam perfecte implere omni nostro conatu in praesenti statu nequimus. Eam tamen impleri oportebat. Adeoque necesse erat vt vicarius noster e m nostra vice non obseruaret modo, sed etiam perfecte et examulsum impleret; deinde haec perfectissima legis impletio, et, quae eadem efficitur, summa sanctitas necessarium in vicario generis humani requisitum erat, utpote sine qua neque satisfactio passua prestari posset. *Talis enim nos decebat pontifex, sanctus, ab omni malo alienus, sine labe et separatus a peccatoribus.* Hebr. VII, 26. Denique respondendum est verum obedientia et mortis CHRISTI vsum atque finem luculentissime contrarium probare. Finis enim satisfactionis CHRISTI primo fuit, vt liberaremur ab execratione legis, dum non potentes iustificari et saluari per opera legis iustitiam et salutem acquireremus per fidem in CHRISTVM. Gal. III, 13; Deinde vt in filios DEI adoptari spiritum filii eius acciperemus; Gal. IV, 5. 6. quo in libertate vocati non carni locum faceremus, sed ambulavemus in spiritu, cupiditates carnis non perficiens, sed alii aliis seruientes per amorem, quo uno verbo tota lex impletur. Gal. V, 13. 14. 16. Nam CHRISTVS dedit semetipsum pro nobis ut redimeret nos ab omni iniuitate et purificaret sibi met ipsi populum peculiarem accusatione studio bonorum operum. Tit. II, 14. Ergo vitae sanctimonia et studium bonorum operum ad scopum et fructus satisfactionis CHRISTI pertinent, dum per eam promeritus est Spiritum Sanctum cum gratiosis suis operationibus, cuius fructus in omni benignitate iustitia et veritate sunt charitas, gaudium, pax, ire cohibito, benignitas, bonitas, fides, lenitas et continentia Eph. V, 9. Gal. V, 22. Ad haec autem nos ad sanctificatis studiis stimulos nobis doctrina sua subdidit CHRISTVS, nouisque suppeditat per regenerationem supernaturales vires, easdemque continuo per sanctificationem spiritu suo adauget. Vnde tantum abesse patet, vt a seruanda lege diuina nos exemerit; vt potius ad id magis nos obstrictos obligatosque reddiderit n). Eandem nostram, per CHRISTVM licet redemptor, ad legem diuinam obedienter pro viribus exsequendam obligationem prater adductas rationes optime confirmant crebra, quas Apostoli tradunt

n) vid. S. V. PRAESIDIS *Theolog. Moral* §. 66. coll. §. 23. conf. quoque Hebr. II, 3. X, 29. XII, 25. 2Petr. II, 1. et quoque Rom. VI, per totum Caput.

tradunt viuendi regulæ, et ad studium bonorum operum adhortationes. Præter innumera alia præprimis in huius rei documentum notanda nobis iam occurunt: *Rom. VI. XII. XIII. Gal. V, 13 — VI, 10. Eph. V. et VI. Tit. II. 1Petr. I, 13. sqq.* per totam epistolam; vt et epistolæ *Iohanneæ*, quæ totæ præclara sunt. Inter hæc autem loca singulari attentione merentur *Rom. XIII, 8 — 10.* et *Gal. V, 14.* vbi **P A V L V S** amorem maxime commendat eam ob cauſam, quod per illum tota lex impleatur, et quod sit completio legis; nec non *Eph. VI, 2.* vbi promissio quarto præcepto in Decalogo adiecia *Exod. XX, 12. Deut. V, 22.* tanquam incitamentum ad mandatum illud exsequendum adducitur; quod clarissime demonstrat legem D E I ipsumque Decalogum non tantummodo ad Iudeos usque ad C H R I S T V M pertinuisse, sed uniuersalis esse, etiam in œconomia gratiæ, obligationis.

§. XIV.

Officiorum posterius gennas.

Deinde autem lex diuina, quatenus ad homines per C H R I S T V M salvandos pertinet, præter officia iamiam exposita, noua quoque quedam complectitur officia ex ipso hoc nouo hominum respectu exurgentia. Sunt ea officia proprie et stricto sensu *christiana dicta*, quæ per foederis gratiæ et ordinis salutis in eadem in et per C H R I S T V M mediatorem instituti naturam necessaria sunt. Talia sunt: D E O pro concessio mediatore et expiatore et pro sanctione foederis gratiæ gratias agere; mediatore dato pro fundamento et ratione felicitatis et beatitudinis sue uti; C H R I S T V M tanquam D E V M, Dominum atque Regem suum colere; vltus verbi diuini et sacramentorum; desiderium *Spiritus Sancti*; plenaria suimetipius in manus D E I traditio; operationum eiusdem in mente sua interharum seu actuum gratiæ approbatio; iisdem semet accommodare; conuersio; fides; legitima virium supernaturali modo concessarum dispensatio; studium *renovationis et sanctificationis*; amor erga filios D E I et *domesticos fidei*; patientia in persecutionibus et arumnis ob nomen I E S V C H R I S T I tolerandi; et quæcumque demum fuerint officia circa C H R I S T V M mediatorem, viam salutis percurrendam, media gratiæ et quicquid illuc pertinuerit, obseruanda. Hæc omnia si nullus datus fuisset sospitator, nullumque initum fuisset gratia fœdus non potuisse, adeoque nec obseruari debuisse, res ipsa loquitur. Per vicariam autem C H R I S T I hominum loco ad officia explenda poenaque sustinendas substitutionem, hominibus moraliter bona redditia sunt. Primo enim præstitu possibilia redditia sunt, siquidem non deficiunt obiecta ista, circa quæ versantur. Secundo quoque moralitatem habent, dum a libertate mentis humanae dependent, quod triplici ratione patet. Partim enim homo per libertatem suam intrinsecam vel malitiosam refi-



stentiam decernere adeoque omnibus istis rebus obicem ponere atque quo minus ad actum deducantur impeditre, vel talen resistentiam et repugnantiam omittere potest, adeoque lubens pati D E V M omne bonum in semet perficere. Partim benignissime quidem infirmitati humanae D E V S subuenit, dum mentis nostra emendationem, quam ipsimet efficere nequimus, procurandam efficiendamque suscepit, *cor mundum, nouumque spiritum nobis inditus*, *siblatu corde nostro lapideo*, viresque et facultatem ad bonum perficiendum supernaturali modo nobis suppeditatutus; in omni tamen hoc negotio ita nobiscum agit Sapientissimum Numen, ac cum iis decet, qui rationis vnu et intrinseca libertate praediti sunt. Vnde ut quicquid in nobis peragere instituat, nosmet comprebemus er consensu nostro quasi ratum habeamus iure suo requirit; talis autem consensus esse non potest, nisi a libertate nostra proficiscatur. Prætereaque vires spirituales in nos confert D E V S, vt nosmet iisdem secundum libertatem nostram rite utramur o). Quod autem vnu mediorum gratie seu *actus externi padagogici* a libertate nostra dependant, nemo vnuquam dubitauit. Partim denique si nullum hic fuisset libertatis mentis humanae negotium: frustranea plane essent tot diuina mandata de hisce officiis obseruandis in scriptura sacra occurrentia, et tot adhortationes per incitamentorum fortissimorum exhibitionem; neque horum officiorum omissione aut impeditio hominibus tanquam peccata imputari posset, nec propterea homines ad penas dandas tenerentur, 2 Thess. 1, 8, 9. Hebr. II, 3. X, 29. XII, 25. 2 Petr. II, 1. Marc. XVI, 10. Job. III, 36. Tertio omnia enumerata momenta bona sunt, quod non facile qui quam negauerit. Dum itaque sunt bona moralia hominibus sub œconomia gratie viuentibus iustitia atque sanctitas diuina ea requirunt, adeoque pertinent ad officia, quæ lege diuina hominibus in isto respectu consideratis lata præscribuntur. Quod vel si ne vltiori conclusione intermedia elucescit ex mandatis diuinis conceptis verbis in scriptura sacra existantibus, quibus omnia ista enumerata officia inunguntur; aut ex admonitionibus et exhortationibus de studio iisdem nauando et de oppositis vitiis ac peccatis cauendis, etiam sub poenarum combinationibus et præmiorum diuinique fauoris stipulatione. Hac autem officia non minus quam reliqua omnia lex diuina iuxta rigorem suum sibi proprium in summo atque perfectissimo gradu præstanda postulat. Quod vero D E V S infirmitatis et defectus hominum in horum officiorum, sicut reliquorum exsecutione, in iudicio suo re-

o) Qua ratione operationes D E I gracie cum libertate mentis humanae consistere possint optimè docuit S. V. W A G N E R. in *Untersuchung des wahren Begriffs von der Freyheit des Willens*. §. 96. n. 9 et §. 97. De differentia liberatis seu liberi arbitrii sensu philosophico, vti hic sumitur, et sensu theologicu vid. ibid. §. 37.

respectu salutis æternæ conferendæ rationem non habeat, id gratiæ diuinæ, perfectissima CHRIS TI solutione promerita et euangelio annunciate acceptum referre nos oportet. Sed vt in gradibus æternæ felicitatis et gloriæ adjudicandis diuersorum fidelitatis et obedientiæ graduum rationem D E V S habeat vrgit iustitia eius exactissima.

§. XV.

Obiectionis solutio.

Cum diximus etiam fidem in CHRISTVM lege diuina præceptam esse, dissentientem habemus HOLLAZIVM, de cuius oppositionibus infra plenius dispiciemus, in præsenti vnicam tantummodo commode dilatari difficultatem, ob quam idem nobiscum sentire ille dubitat. Metuit nimurum ne, si legi adscribitur reprehensio incredulitatis, fides in CHRIS TV M fore officium naturale et bonum opus secundum legem p), quod cum inauditum ac absurdum indicat, fidem in CHRISTVM legè morali aut Decalogo non præcep- tam esse concludit. Ad hanc putatam difficultatem respondemus primo quoad posteriorem consequentiam: fidem euadere bonum opus secundum legom, illud nihil plane noui atque inauditi esse, quin dumid illud perspexerint Theologi nostrates, qui propterea in doctrina de iustificatione feculò monent fidem in iustificationis negotio non spectari tanquam qualitatem, opus vel virtutem, atque non considerari absolute, sed correlate, respectu obiecti sc. meriti CHRISTI q). Cum præterea afferant legem arguere incredulitatem r), et hanc esse peccatum adeoque legi diuinæ contrariam, omnino eo ipso affirmant fidem ipsam esse legi diuinæ conformem, atque bonum opus secundum legem. Sed quoque scrip- tura sacra consentiente hoc afferitur. Etenim ipse CHRIS TV S increduli-

tatem

p) vid. Antwort auf das Herrn D. B. Beschuldigungen p. 865. et Messianische Religion p. 915.

q) vid. S. V. PRAESIDIS Theses Theologicas. Part. II. Art. VII. §. V. Thes. 2. BARTHOLINI Elementa Theologica Art. VIII. §. 20. 21. CARPOVII Theolog. Revel. Dogm. Tom II. §. 1043. et 1044. REINBECK Betrachtung über die Augsb. Confess. VIter Th. LXII. Betr. §. VI. VII. ex LXIII. Betr. §. XXXVI. XXXVII. vid. quoque Apolog. Angulf. Confess. pag. 125. lin. 25. sqq. coll. S. V. PRAESIDIS Erläuterungen der Symbol. Schriften §. 57. Schol. p. 97. et Apol. Aug. Conf. pag. 126. lin. 1. sqq.

r) Qua ratione lex arguat incredulitatem, vid. Form. Concord. Sol. Decl. pag. 114. lin. 13. sqq. idem quoque demonstravit S. V. PRAESES in prefatione ad HOLLAZII latente Gnadenbüchern vid. HOLLAZII sämtl. Schriften pag. 843' ubi ista prefatio Appendix loco subiuncta est dicto libello pag. 840 - 854. Ad rationes a VIRO S. V. adductas ne verbulum quidem responderet HOLLAZIVS preter dif- ficultatem in qua diluenda iam sumus.

tatem peccatum esse testatur; *Iob. XVI, 9.* omne autem peccatum est legis transgressio. *Iob. III, 4.* et ubi non est lex, ibi nec est peccatum *Rom. IV, 15.* ergo incredulitatem lege prohibitam esse, fidem autem eadem imperari oportet. Aperte idem testatur effatum *Iob. III, 23.* hoc est praeceptum eius (*DEI v. 21.*) ut credamus nomini filii eius *IESV CHRISTI,* et diligamus alii alios, sicut praecepit nobis. Omnes autem praeceptum *DEI,* lege praeceptum est, imo quoque lex est. Propterea voces *lex* et *praeceptum* tanquam synonyma ponuntur *Rom. VII, 8.* *XIII, 8.* *9.* *Matth. V, 18.* *19.* Et fides vocatur praeceptum *DEI,* sicut amor erga alios, qui multis in locis summa legi nominatur, etiam ubi de amore fraterno, seu fidelium mutua delectione sermo est ^{s)}, quod constat ex *Gal. V, 14.* *VI, 2.* *Rom. XIII, 8—10.* Immo ipse *CHRISTUS* fidem in semet nominat *opus DEI,* vel opus *DEO* gratum ab hominibus perficiendum; dum auditoribus suis interrogantibus quid facerent ut operarentur *opus DEI* *Iob. VI, 28.* respondet: *hoc est opus DEI ut credatis in eum quem misit v. 29.* *v.* Deinde ad priorem consequentiam regerimus eam omni carere fundamento. Negamus enim legem moralem reuelatam nihil amplius continere, prater *legem naturalem,* seu officia natura cognita. Minime illud probat dictum *Rom. II, 15.* ab *HOLLAZIO* allegatum. Dicuntur enim gentiles, qui legem reuelatam non habent, *opus legis* vel ipsam legem *cordibus suis inscriptam ostendere,* dum ea, que legis sunt, operantur, attestante præterea propria eorum conscientia et cogitationibus inter se inuicem accusantibus aut etiam defendantibus. Cum autem non omnia legis opera præstent, alias enim per legem iustificarentur; prætereaque errores plurimis grauislimisque in rebus laborent conscientia: *Rom. I, 21—23.* *28.* ex hoc dicto omnia præcepta legis reuelata natura esse cogita concludi nequit. Nec alibi usquam testatur scriptura sacra legem reuelatam moralem nihil aliud esse, prater meram repetitionem legis naturalis. Adeoque nulla alia hoc assercum probandi ratio superest, præter per inductionem; ad quam tamen labefactandam sufficit instantia a mandato diuino de fide in *CHRISTVM* defumta. Sed adsunt præterea alia præcepta legis moralis, quibus talis inducitio multum posset debilitari, e. g. de sanctificatione septimi cuiusque diei, et de gradibus matrimonii contrahendi prohibitis. Et quamvis lubenter concedamus, immo ipsi afferamus officium fidei in *CHRISTVM* ex officio quodam naturali in Decalogo contento deduci posse, e. g. hunc in modum: *iuxta Decalogum*

^{s)} *HOLLAZIVS* quoque negat amorem fraternalum esse officium legis. vid. *Mess Relig.* p. 962.

^{t)} vid. *Le nouveau Testament par BEAUSOIRE et LENFANT* ad h. l. et *Ven. BEN GELII Gnomon.* ad h. l. conf. quoque *Pj. LI, 19.*

legum debemus DEO obedire in omnibus, quaecunque praeceperis; in scriptura sa-
era autem nos iussit in CHRISTVM credere, ergo per decalogum debemus in
CHRISTVM credere: non tamen magis fides officium naturale eundit, quam
officium Abramini ex iussu diuino filium suum immolandi, aut Israëlitarum
Aegyptios validi aureis et argenteis priuandi, atque vniuersus cultus leuiticus of-
ficia naturale fuerunt. Nam ad officium naturale requiritur ut omnes premissae,
ex quibus concludi potest, natura cognita sint.

§. XVI.

Officiorum posterioris generis genesis.

Vt appareat qua ratione officia hæc, homines tantum, quatenus sub caco-
nomia gratie viuunt, spectantia, cum officiis vniuersalissimis, quæ summan le-
gis diuina efficere diximus, coharent, et ex iisdem ortum suum ducant et
quasi profluant: necesse est ut officiorum horum genesis sub ratiocinii imagine
concipiantur; ita ut maioris propositio et quasi fundamenti loco subternantur
officia generalia, subiecti locum tuentibus obiectis certa ratione comparatis,
prædicatum autem constitente debito erga eadem se gerendi modo; minor
propositio subiectum maioris de obiectis magis determinatis enunciet, atque in
hoc casu euangelium complectatur; vnde fluit conclusio, quæ prædicatum mai-
oris ad obiecta ita ab euangelio exhibita applicando debitum circa eadem enun-
ciat officium. Adeoque conclusio officia, de quibus iam agum est complec-
tens sine euangelio neque locum haberet, neque cognosci posset: ipsa tamen
euangelio non est, sed lex euangelio innixa. Hinc simul intelligitur, quid sibi
velint Theologi, dum legem euangelio collustratum incredulitatem arguere affir-
mant u^m; quo effato minime euangelio tribuitur incredulitatis reprehensio, vt
HOLLAZIVS opinatur x). Hæc autem de ratione et natura legis diuinæ in
genere pro scopo nostro dixisse sufficiat.

CAPVT SECUNDVM.

DE

DIVERSO VSV VOCIS LEGIS.

§. I.

Argumentum huius capitis.

Priusquam necessarium legis vsum pluribus demonstrare aggredimur: diuer-
sum vocis vsum curatus aliquantis per rimari nos oportet, quo fir-
mum habeamus fundamentum, cui insistamus, et tutius in sequentibus

C 3

pro-

^{m)} vid. *Form. Conc. Sol. Declar.* pag. 714, lin. 9 — 12.

^{x)} *Maff. Relig.* pag. 915. Man pflegt hier wohl seine Zuflucht zur Distinction in legem
iudam et euangelio collistratum zu nehmen, aber eben damit gesteht man dem
Euangelio die ganze Sache zu.

procedere possimus. Quapropter opus est, ut *primo* variis vocis huius significatus biblicos perscrutemur; *deinde* usum eiusdem vocabuli Theologis nostris tibus maxime familiarem, et in *libris symbolicis* determinatum, adeoque etiam porrimum remendum exponamus atque vindicemus; *denique* ut de significatu huic voci ab aduersariis attributo dispiciamus, eumque vulgari significaturi multum esse postponendum ostendamus. Cum autem *eangelium* plerumque *legis* opponi soleat, clarior multo euader sensus vocabuli *legis*, vbi quo sensu *eangelium* unaquaque vice ipsi opponatur indicauerimus.

§. II.

Primus usus vocis LEGIS in scriptura sacra.

Generalis ille vocis *legis diuinae* (nam de hac sola sermo nobis est) Cap. sup. §. 1. a nobis adoptatus omnibus hominibus omni tempore communis fuit, et per loquendi usum una cum lingue nostra vniuersitatisque menti se se insinuat, ut pote qui proxime congruit cum significatu vocis *legis* vbi de legibus humanis in vita communi æque ac in disciplinis sermo fuerit. Idem ille in scriptura sacra quoque retinetur, siquidem sensu familiariter noto a scriptoribus sacris voces adhibite sunt. Primo enim generalis hic significatus in omnibus artibus determinatis *legis* significatibus max recensentibus, ceterum licet diuersis, conspicitur quasi fundamenti loco iis substatius, ut per singulos eundo patere potest. Deinde quoque generali hoc sensu usurpatum vox *legis*, nullum ad peculiares officiorum eadem praceptorum qualitatem aut numerum respectu habito. Primo huc referri possunt loca, vbi vox *vōus* occurrit in vocabulis compositis *cōvōus*, *āvōos* et *cōvēus*, nec non in vocabulo *vōusētēs*, Iac IV, 12; deinde eo faciunt loca nonnulla, in quibus *legis* nonnullæ necessariae et essentiales describuntur affectiones: e. g. Rom. III, 20. per *legem* est agitio peccati. Rom. IV, 15. lex iram operatur, nam vbi non est lex, ibi nulla est transgressio. Rom. VII, 4. mortificati estis *legi*. it. com. 5. 6. et com. 7. peccatum non noram, nisi per *legem*; com. 8. absque *lege* peccatum mortuum est; com. 9. vixi quondam absque *lege*. Nec non loca sequentia, Gal. III, 21 si data fuisse *lex*, qua posset vivificare, vere ex *lege* esset iustitia. Gal. VI, 2. et ita implete *legem* CHRISTI. Hebr. VIII, 10. et cap. X, 16. iudicant leges meas cordibus eorum, et Rom. II, 14. sibimetipſis sunt *lex*. Sapissime tamen vbi generalis hic conceputus locum haberet pro voce *vōus*, ponitur ἐντολὴ, conf. Rom. VII, 7. 8. que vox fere vbique hunc conceptum indicat. Duo haec vocabula nonnunquam quidem pro synonymis in scriptura sacra summi possunt; plerumque tamen a se inicem differunt ut *continens a contento*, adeo ut plura *praecpta* sub *lege* comprehendantur: eundem fere in modum, ac juxta usum loquendi hodiernum in vita communi et in disciplinis extra Theologiam vox *legis* a voce *Iuris* differt; dum *lex*

lex significat singularem quamcumque declaratam voluntatem Principis de actionibus subditorum; *ius* autem ambitum plurimū legum similium denotat, vti e.g. vbi dicitur *Ius Naturæ*, *Ius Ciuale*, *Ius Romanum* et similia. Quā vocum *legis* et *præcepti* observata differentia, patet omne, quod præceptum est, ad legem pertinere, et a *præceptis* ad *legem iure posse concludi.*

§. III.

Secundus usus.

Reliqui specialiores aut strictriores vocis *legis* in scriptura sacra obviū significatus, non tam noua quadam determinatione generica, quam potius numero præceptorum, quorum complexui hoc nomen tribuitur, differtant, adeoque pro diuersa variant extensione. Temporibus aduentum C H R I S T I prægressis triplicis generis leges Israelitis obseruandas venisse, *Legis Ceremonialis*, *Forensis* et *Moralis* nominibus hodie distingui solitas, viuicuique fatis constat. Primigenitis leges de cultu externo diuino præcipiebant; secundi de statu ciuili et republica Iudæorum præcipiebant; ad tertium autem genus omnes reliqua referuntur leges, que officia interna prescriperunt. Dubium non est, quin Iudæorum illi, qui rerum præ ceteris intelligentes fuerint, iamquam ante noui secederis auspicia perspectum habuerint, non omnes istas leges eodem habendas fuisse loco, nec omnes eiusdem fore durationis. Ipse enim M O S E S multoties eos docuit leges de sacrificiorum oblatione, ad peccatorum et iniquitatum expiationem datas esse; quod omnino maius earum legum, quarum transgressio ita expianda esset, pondas præ ritualibus istis constitutionibus probat. Et præsertim in libro Psalmorum et in vaticiniis saepius exstat, legum de externo cultu diuino promulgationum obseruationem minime D E O gratiam fuisse, deficientibus cultu D E I intrinseco et amore proximi, illamque hisce rebus multo postponi. *Pf. LI.* 18. *XL.* 7. *LXIX.* 31. 32. *Ef. I.* 11. 17. Non tamen adeo necesse habuerunt homines sub veteri et economy viuentes hanc legum diuinarum differentiam ita follicite notare, vt tria hæc genera peculiaribus discernerent nominibus, vti a nobis iam fieri oportet, postquam nonnullarum, quæ eapropter, proprie loquendo, respectu nostrum leges amplius non sunt, obseruatio non amplius debetur. Quapropter sub *legis* nomine merito illi comprehendebant vniuersam voluntatem D E I, de omnibus omnino, quæ iis iniuncta erant, officiis, tam *internis*, quam *externis*, sive publicum cultum diuinum, sive statum ciuilem spectantibus. Hunc usum comprobant loca *Job. I.* 17. *Aet. VII.* 33. *Rom. II.* 14. 18. 23. et alia bene multa. Primaria horum præceptorum publicatio per M O S E N siebat in solempni reipublicæ ecclesiastice et ciuilis inter Israelitas instauracione, cuius quasi leges fundamentales fuerunt, et descriptæ potissimum existant in libris Mosaicis. Vnde omnia mandata per M O S E N publicata, ut et collectionem librorum Mosaicorum

rum sub Pentateuchi nomine notam, tanquam tabulas et codicem legum suarum, LEGEM suam aut etiam LEGEM simpliciter nominabant.

§. IV.

Tertius hiis vocis usus in scriptura sacra.

Haud vulgare diuinum erat beneficium, quo populo Israelitico maxime propitium se ostendebat supremum Numen, cum leges suas et constitutiones sanctissimas huic inter ceteras gentes vniue patefecerit. Per eas enim partim instruebantur Israelite, qua ratione verum DEVM colere eos oportebat, partim ad promissiones diuinias diligenter ante oculos habendas incitabantur et Messiae excipiendo preparabantur, y) quem ipsum in finem simul hisce legibus sapientissime cautum erat, ne ad idolorum cultum omnino delaberentur aut cum exoticis profanis gentibus commiscerentur z). Vnde merito de diuina hac revelatione gloriatur MOSES Deut. IV, 8. que gens adeo magna est, cui sunt statuta et iudicia iusta sicut est tota hac lex, quam ego propono vobis hodie. Qui quoque concinit DAVID Ps. CXLVII, 19. 20 indicat verba sua Iacob, statuta sua et iura sua Israeli; non fecit ita ulli genti; ideoque iura ista non nouerunt. Quin immo ipse DEVS hanc eorum dignitatem ipsis reputandam proponit Lev. XX, 24 — 26. Ob hanc legum illis Iatarum dignitatem et præstantiam fieri potuit, ut vniuersam reuelationem diuinam, qualis ante CHRIS TI tempora fuit, legem appellarent Iudai, ac proinde etiam cunctos libros diuinos tunc temporis extantes, quibus continebatur diuina ista reuelatio, eodem insignire nomine, Iob. VII, 49. X, 34. XII, 34. XV, 25. 1 Cor. XIV, 21. Philipp. III, 5.

§. V.

Quartus usus et significatus.

In multis scripture sacra locis, que legis mentionem faciunt, præcipue significatur lex ceremonialis, cum qua tamen arte cohaeret lex forensis, vnde de hisce legibus, et præfertim de priori intelligi debet quicquid in eiusmodi locis de lege generaliter pronunciatur. Huius ita circumscripsi significatus rationes quoque indagari posse videntur. Licet immedia omnia legum diuinarum reuelatio antiquis temporibus solis Israelite contigerit: tamen legum moralium cognitio illis non plane peculiaris et propria fuit, siquidem haec leges, quoad maximam partem natura cognitæ, etiam inter reliquas gentes non plane igno-

y) Quomodo illuc tendebant leges Iudeorum speciales videri potest REINBECK. *Betracht. über die Augsb. Confess.* III, Tb. XL. *Betr. §. LXI — LXV. et XXXIX.* *Betr. §. LIII — LX.*

z) De hoc legum Iudaicarum usu conferri meretur ARTH. YOUNG *Historische Untersuchung abgöttischer Verderbnisse der Religion*, præfertim Part. I. cap. IV. §. 4. 5.

ignorare sunt. Ceremoniales e contra leges peculium et patrimonium congregations Iacobi reputabantur. Deut. XXXIII, 4. coll. Leu. XX, 25. 26. per easque a reliquis gentibus discerni potissimum sese putabant Israelites. Vnde nec omnibus e castris idolorum ad veri DEI cultum transeuntibus imponebatur obseruatio legum ceremonialium. Nam Proselytis porta aut domicili, ut vocabantur, non nisi septem ita dicta praecepta Noachidarum, officia naturalia maximam partem precipientia imperabantur. Qui autem vniuersitate legi Mosaicæ sese subiciebant, proselyci fideis et iustitia audientes, in gentem Iudaicam adoptabantur ac pro ludis habebantur. Quamobrem fieri potuit ut, cum legem nominauerint Iudei, potissimum legem ceremonialem vt sibi propriam indigarent, maxime cum ceremonialis hec lex multo prolixius et explicatus per misere-
son publicata sit, quam lex moralis. Huic rationi accedere potuit, quod Iudeorum plerique, ultimis potissimum temporibus, circa noui saecularis initia, externis ritibus nimium addicti leges ceremoniales caput totius religionis, et cultus diuinus iudicauerint, lege morali et virtutibus internis, iudicio, misericordia et fide inique neglectis et susque deque habitis Matth. XXIII, 23, et promissionibus diuinis in carnalem sensum tractis; quam pertuersam eorum cœcitatem grauiter sepius reprehendebat Optimus Salvator.¹⁰ Prater has autem rationes etiam ipsa doctrinæ noui testamenti conditio, latiorque eiusdem propagatio huic vocis legis usui inter Iudeos inualescendi occasionem praebuisse possunt. Postquam enim iustitiam non nisi in IESU CHRISTO Nazaren, a Iudeis interfermo, querendam, legum autem ceremonialium finem et antiquationem, eosque, qui CHRISTO nomen profitebantur earum obseruatione solutos factis aque ac verbis predicare inceperint legati IESU CHRISTI: maxime accusus est Iudeorum, per externam rituum obseruantiam gratos se DEO esse et apud eum iustos declarari opinantium, pro patria lege ardor atque zelus, ita ut etiam ii, qui ex Iudeis ad CHRISTVM conuersi erant ἐγλωτταὶ τῇ γένεσι essent, et PAVLO indignabundi opprobrent, quod disfectionem a MOSE doceret omnes Iudeos inter gentes degentes, iuberetque eos non circumcidere filios neque secundum ritus ambulare, Act. XXI, 20. 21. coll. com. 28. Nunc quam auream PAVLVS aut aliis quisquam Apostolorum obseruationem preceptorum legis moralis prohibuit; adeoque per legem, contra quam docuisse PAULVM vitio ipsi vertebarat. Act. XXI, 28. nihil aliud indigitari potest, prater legem ceremonialem, et quidem non tantum illam in libris Mosaicis literis consignatam, sed quoque oralem, traditiones παραπομπαδότες complecentem, cuius diligentissimam curam habuerunt Pharisei, qui sectam inter Iudeos reliquis omnibus rigidiorem constituebant, et inter quos ipse quoque PAVLVS educatus fuit atque secundum rigorem patriæ legis institutus Act. XXII, 3. coll.

cap. XXVI, 5. Cum itaque tam Iudei, quam quoque, qui ex hisce *christianitatem* facti erant primis christianissimi temporibus patrocinium ritualium istarum constitutionum sub legis titulo in se suscepint, atque hi externos istos ritus sub eodem nomine etiam inter *christianos* instaurare conati sint: necesse erat, ut quoque apostoli vocem *legis* hoc sensu adhiberent, quo eo melius, omissis omnibus de vocabulo controverfis, noxiis istis conatibus resistere, et ab hominibus sui cui, cum quibus res ipsis fuit, intelligi possent. Immo apostolos nonnumquam hanc sensum retinuisse vel eam ob causam minus mirari attinet, quod apostoli ex Iudeis oriundi hunc vocis istius usum familiariorē aliquantis perhabuerint. Loca huic usum comprobantia potissimum extant *Hebr. VII, 5.* *12. 16. 19. 28.* *VIII, 4.* *IX, 22.* *X, 1.*

*Restat adhuc alias non leuiter notandus vocabuli *legis* usus in scriptura sacra obuius, secundum quem, qua de lege in genere enunciantur, tantummodo de lege moralia a ceremoniali et forensi separata, seu de preceptis diuinis de officiis internis valent. Vindicari satis potest hic vocabuli *legis* usus vel iis solis librorum noui foederis locis, quibus peccata etiam sub noua economia locum habere indicatur.^{a)} Cum enim iuxta *Iob IIII, 4.* peccatum sit legis transgresio, sequitur exinde temporibus noui testamenti aut nullam esse legis transgressionem, adeoque nec illum peccatum; aut legem dari, qua violari possit. Talis autem nulla alia esse potest, praeter eam, qua *moralis* vocatur. Omnes enim, qui christiano sum sacra sequuntur, uno ore fatentur *leges* de externo cultu leuitico, et de constitutione reipublicae Iudaicae post *CHRISTVM* in carne exhibitum nullam amplius habere adstringendi obligandique vim; reliqua autem omnia precepta diuina, modo non singulares solimmodo personas aut actiones attingant, ad legem moralem referuntur a). Sed ipsa quoque vox *legis* hoc sensu deprehenditur *Rom. VII, 14. 16. 22. 27.* in precedentibus huius epistole partibus vox legis quidem denotat vniuersam revelationem legalem, qua Iudei pre reliquis gentibus gaudebant. Licer enim per opera legis, quorum toties mentio fit, et quibus iustum faciendi facultas denegatur, potissimum indiget: apostolus virtutes lege morali prescriptas, vti ex *Cap. I, 32.* coll. antecedentibus *Cap. II, 21. 22. 25.* *Cap. III, 12—18.* clarissime conflat: tamen vocem legis eo sunit sensu, qui inter Iudeos maxime proprius et adaequatus fuit, sc. pro ambitu cunctarum legum per *MOSEN* reuelatarum, quo illi tantopere gloriabantur *Cap. II, 17. b)* Quod*

a) vid. S. V. *PRAESIDIS Theolog. Moral* §. 30, et schol.

b) vid. S. V. *PRAESIDIS Auslegung des Briefs an die Römer* ad ea loca, ubi vox legis in precedentibus occurrit, et *BENGELII Gnomon. Novi Testam.* ad *Rom. III, 2.*

Quod etiam patet ex scopo et intentione PAVLI per hanc epistolam, occurrendi sc. opinioni conuersorum ex Iudæis de necessaria legum Mosaicarum obseruatione et de iustitia per eandem obtainenda c). Verum enim vero Cap. VII, 7. obiecit occurrit, quam ex natura legis in vniuersum omnis, si cum corrupta natura humana contendatur, refellit vsque ad com. 12. concludens *legem esse sanctam atque bonam*. Cum autem ex ista responsione non satis constet, qua ratione lex, qua bona est, cuiquam posset in mortem succedere v. 13. coll. v. 10. explicatus ostendit qua ratione et qua de causa illud fuit v. 13, eumque in finem nouam exponit *legis moralis reuelatae proprietatem* v. 14. sc. spiritualem eius conditionem vna cum opposita hominum corruptione v. 14 — 25; adeoque de *lege moralis* hic sermo est. Quod etiam probant enunciata v. 14. 16. 22. 25. qua non quadrant, nisi in legem moralem, quod sc. *spiritualis* sit, quod quisquam post aduentum CHRISTI eidem applaudat et secundum interiorum hominem eadem delectetur d). Eodem sensu haec vox occurrit Rom. VIII, 3. 4. 7. ibi enim de eadem *lege moralis* sermo adhuc continuatur e). Præterea sola lex moralis *inservia reddita est per carnem* v. 3. feu ob naturam nostram peccato corruptam seruat nobis impossibilis facta est, adeoque nec potest nos a damnatione liberare, conf. v. 1: quem tamen vsum haberet si naturam nostram integrum seruassimus; propriea quoque DEVS filium suum misit, ut quod iuxta illam iustum erat, in nobis impleretur. v. 4. Lex autem ceremonialis properfirmitatem carnis et decretum diuinum de CHRISTO mitiendo demum posita est, et exinde omnem suam efficaciam et vsum desumit. Denique legi morali proprie aduersatur, quicquid caro sapit, eique subiici nequit. v. 7. Hunc vsum quoque comprobant loca, que legem amore impleri testantur, quod proprio de *lege moralis* valer; et cum ad hanc solam seruandam teneantur fideles noui testamenti, nulli ad studium amoris incitamento esse potest, quod amore impleatur *lex ceremonialis* aut forensis, sed tantummodo, quod eodem impletur *lex moralis*. Rom. XIII, 10. coll. 8. 9. Gal. V, 14. Denique aperte hoc faciunt Iac. 2, 25. II, 8 — 11, vbi tantummodo de *lege moralis* sermonem esse tam ipsa verba luculentissime ostendunt; coll. Leu. XIX, 15. 18. Deut. XVI, 19. Exod. XX, 13. 14. Deut. V, 23. 24. quam quoque integer huius epistole nexus et destinatio.

D. 2

§. VII.

c) conf. S. V. PRAESIDIS *Ausleg. des Briefs an die Römer* pag. 10. 13. et *Le Nouv. Tést. par BEAUSOIRE ET LENFANT* Tom. II. Preface sur l'epitre de S. PAUL aux Romains §. V.

d) conf. S. V. PRAES. libr. c. ad integrum huncce locum.

e) conf. S. V. PRAES. l. c. ad h. 4.

CAP. II. DE VARIO VOCIS

§. VII.

Evangelium stricte et strictissime dictum, ex eius differentia a lege.

Has potiores existimamus esse divergates circa usum biblicum vocis legis obseruandas. Si qui alii dantur vocis huius significatus, haud multum in rem nostram facient, aut etiam aptior infra se feret eos explicandi occasio. *Evangelii*, quod illi opponitur iam quoque usum et varios significatus breviter excutere aliquantum referet. Notius est, quam ut pluribus probemus *evangelii* vocem vi etymologicæ quodlibet denotare letum nuncium. Præterea autem duplex potissimum eius significatus notari meretur. Altero sensu adæquato et determinato omnem significat annunciationem gratiæ diuinæ in CHRISTO, omnemque enarrationem cunctorum beneficiorum diuinorum in et per CHRISTVM acceptorum accipiendorumque, quibus æternam hominum salutem procurare intendit *Benignissimum Numen*. Hoc est *Evangeliu[m] stricte dictum*, quod legi, modo hac non pro tota reuelatione diuina veteris testamenti sumatur, tanquam illi oppositum ad latu[m] apponitur. Quo autem clarius patefacit huius ab illa discrimen, tenendum est, decretum DEI de salute hominum duplice absolui voluntate diuina. Alia enim *decren[s]is* est, qua tam in homines definitum ordinem ingressos ritam æternam conferre DEVS statuit, quam quoque quicquid ad istum ordinem salutis efficiendum hominesque in eundem ducentos requiratur atque pertineat ipse procurandum suscepit. Huius voluntatis patefactio *evangeliu[m]* proprie audit. Alia autem voluntas diuina *precipiens* est, qua ipsum ordinem ad salutem obtinendam ingrediendum, qui nullus aliis esse potest, quam qui in libertate nostra positus est, siquidem *DEVS* προσωπολήπτης non est, *Act. X. 34.* rectamque et priori voluntate diuina dignam atque conuenientem se ferendam rationem prescribit. Huius voluntatis diuinae explanationis naturam atque rationem haber, atque *lex* est f). Aut ubi quis teconiam gratiæ sub foederis imagine concipere voluerit: *evangeliu[m]* erit tabula foederis, conditiones, quas DEVS ex sua parte præstandas sibi sumferit exhibens; ea autem scripture sacre loca, quæ, et quatenus, condiciones a parte hominum postularant, ad *legem* pertinebant, siquidem in ea quadrat *legis* definitio. Iuxta hoc *legis* et *evangelii* discrimen, *evangeliu[m]* docet: quod DEVS mediatorem et salvatorem nobis concederit; quod filium suum mittere decreverit, atque etiam iamdum miserit ad mundum secum reconciliandum; quod IESVS Nazarenus CHRISTVS et mediator ille ipsusque DEI filius sit; quod DEVS ob illius satisfactionem et meritum, si modo illud fide apprehenderimus nostrumque fecerimus, peccata nobis condonare, iustitiam CHRISTI imputare, vitaque æterna nos beare velit; et denique quod spiritum

f) vid. S. V. PRAESIDIS *Theolog. Moral* §. 29.

ritum suum mittere, et per eum contritionem et fidem in nobis operari, vitam spiritualem excitatam in nobis conferuare, nos sanctificare et renouare velit. Sed vero quod saluori cupere, adeoque omnia eo conducentia media adhibere debeamus; quod iustitiam esurire et siti nos oporteat; quod peccatum auersati et dolere, in CHRIS T VM credere, atque proinde operationes Spiritus Sancti haud impideat iis resistere, sed potius querere et actibus externis paedagogicis promouere, ac denique viribus supernaturaliter concessis sanctitati studere debeamus: hæc omnia lex nos iubet docetque g). Sub hoc Euangelio stricte dicto comprehenditur euangeliū sensu strictissimo sumptum, seu doctrina de CHRISTO in persona IESV Nazareni iamdum exhibito, et officio mediatoris praestito; cum qua arctissime coheraret annuntiatio de rescissis molestis legibus ceremonialibus, et de mysterio CHRISTI quod aliis atributis non immotuit filiis hominum, vt reuelatum est sanctis Apostolis et Prophetis per spiritum: gentes esse cohæredes et concordes confortesque promissionis DEI in CHRISTO per euangelium, postquam CHRISTVS utrosque, Iudeos et gentiles in uno corpore reconciliaverit D E O, unumque eos fecerit, intergerinum patrem sepius diruens, inimicitia, t. e. lege præceptorum, quo in ritibus h) posita erat, abolita. Eph. III, 4-5. 6. II, 16. 14. 15.

§. VIII.

Euangelium late dictum.

Altero sensu latiori et minus determinato euangelium denotat integrum doctrinam, non tantum de CHRISTO, sed CHRISTI et Apostolorum; adeoque complectitur et euangelium strictissime sumptum, et legem, vt a CHRISTO et Apostolis proposita est, nempe moralē, tanquam sedulo et omni studio seruandam, non autem ut iustitiam et salutem aeternam afferente. Omnium luculentissime appareat hic significatus. Marc. I, 1, coll. com. 4, vbi concio penitentialis IOANNIS Baptiste vocatur initium euangeliū IESV CHRISTI i), seu doctrina temporibus noui testamenti accommodata, quæcum CHRISTVS docuit. Quod autem concio IOANNIS quoque legem complexa fuerit abunde constat, ex Matth. I, 6-7—10. Marc. I, 5. Luc. III, 7—14. Hic sensus locum quoque habere videtur, vbi euangeliū regni DEI et Calorum mentio fit. Matth. IV, 23. IX, 35. Marc. I, 14. Nam uti regnum DEI aut calorum œconomiam noui testamenti, tunc temporis appropinquantem denotat:

D 3

Matth.

g) vid Cap. I, §. 13—18.

h) vid. Le nouv. Testam. par BÉAVSORBE et LENTFANT; ad Eph. II, 15. coll. Hebr. VII, 16. 18.

i) conf. BENGEL. Gnom. ad Marc. I, 1, p. 166.



Matth. III, 2. IV, 17. Mare. I, 15. k.) ita euangelium regni erat doctrina isti
economiae propria atque accommodata, cuius summa haec fuit: *pantentiam
agite et credite euangelio Mare I, 15;* exterum quod doctrina CHRISTI etiam
lege constiterit, probat vel unica concio montana Matth. V—VII descripta.
Hoc est euangelium late sumptum quod, si legi opponatur, per legem intelligi
oportet doctrinam vel temporibus veteris testamento propriam ac conuenien-
tem, vel potissimum legalem istam doctrinam, quam doctores Iudaici, confor-
mitatem cum lege, sc. Mosaica, iactantes ruminabant, de obseruandis ritibus et
ceremoniis per MOSEN mandatis, et de iustitia coram DEO operibus ob-
tinenda.

§. IX.

Quid per legem intelligentum in libris symbol. definiatur.

Exponito iam, quantum instituti nostri ratio polcere videbatur, vnu vo-
cum legis et euangelii biblico: porro indicandus erit significatus Theologis no-
stris maxime familiaris et in *Liberis Symbolicis* preprimis frequens, ibidem
que definitus. Optimo cum iure Theologi agunt, dum generali istum et
maxime naturalem conceptum, aliquoties nobis indigitatum ob oculos haben-
tes, tam quolibet praeceptum diuinum, ultra singulos quosdam homines, eo-
rumque individuas actiones se extendens, quam ambitum atque complexum
eiusmodi praeceptorum legem appellant. Prius obtiner vbi legum diuinarum, in
numero plurali, mentio fit; posterius autem, vbi lex DEI, numero singulari
nominatur, e.g. *lex naturalis, reuelata, moralis et similia.* Simil demon-
strant leges de externo cultu leuitico et de politia iudaica per MOSEN quon-
dam latas, solummodo tempora aduentum CHRISTI praegressa, populum
que Israeliticum, quoique Theocratis subfet, aut etiam in Palestina propriis
pareret principibus, spectasse. Vnde per se pater, quod, quotiescumque diligenter
docendam esse legem ut medium salutis et gratia affirmetur, aut vbi de vnu
eiusdem differitur, sermo esse non possit de antiqua quadam lege, aut potius de
re quadam, qua respectu nostrum horumque temporum lex non est; sed quod
lex adhucdum et respectu nostrum vere talis, qua nos obligandi obstringen-
que vim habet, indigetur. Est vero eiusmodi sola lex moralis officia vnuver-
salia omnium a uorum praeipiens. Quicquid itaque voluntatem DEI bonam,
gratiam et perfectam cognoscendam nobis exhibet, quo digne et conuenienter D'OM-
INO ambulare possumus secundum omne beneplacitum, in omni bono opere fru-
ctum ferentes: Rom. XII, 2. Col. I, 9. 10 id omne pro lege habent Theologi nostri-
tes. Cum porro nemo voluntati diuinæ conformem le gerens suo frustraribet
præ-

k) vid. *Le nouv. Testam. etc. ad Matth. III, 2. et BENGEL. Gnom. ad Matth. IV, 17.*

præmio; nec quisquam, qui eidem refragatus fuerit, pœnam effugiet: præmiorum promissiones 1) aque ac pœnarum denunciations, tanquam conditiones legis, ipsi legi annumerari solent, quatenus nimicum legis notitiam promouent, diuinam manifestando et declarando voluntatem. Quare quocunque scripturæ sacrae comma normam atque regulam actionum internarum externarumque continet et prescribit, nostraque nos docet officia, sive virtutes præcipiendo, sive vitia et peccata detegendo et prohibendo, sive exhortando pollicitationibus, sive dehortando minis et pœnarum denunciatione, sive exempla proponendo; sive in M O S E legatur aut in Prophetarum vaticiniis, sive in sermonibus C H R I S T I aut Apostolorum epistolis occurrat: ad legem omnino, quatenus prædictum præstat officium, sine discrimine pertinebit. Hic legis conceptus in libris symb. saepe reperiatur et stabilitus est. Tadum enim legem propriæ esse doctrinam, que doceat quid iustum D E O que gratum sit m); et regulare iustissimam et immutablem D E I voluntatem; quamlibet oporteat esse hominem in sua natura, cogitationibus, verbis et factis, ut D E O probari et acceptus esse possit. Similiter autem transgressoribus D E I iram et supplicia denunciare n); concionem legis esse, quiequid de peccatis nostris et ira D E I doceat, quonodocunque et quandocunque id fiat o); et legem esse decalogi præcepta ubique illa in scripturis leguntur p). Immerito itaque hic legis conceptus ab aduocariis deseritur: cum præter, quod in libris symb. publice sit definitus, quod falso H O L L A Z I V M, ne ab hoc significatu recederet mouere debet: non solum in scriptura sacra fundamentum habet, ut supra monstratum est, sed quoque reliquis significatibus biblicis supra recentris præferri meretur. Iti enim utpote minus determinati et adæquati proprietate sensus huic minime equiparandi sunt; et rationes supra adductæ, quæ Apostolis aut ipsi C H R I S T O susserunt eos in sermonibus suis nonnunquam adhibere, iam dudum cef- farunt, atque inter nos locum non habent.

§. X.

Duplex Euangeli significatus in libris symb. definitus.

De euangello docent Confessores nostri duplex illud tensu sumi. Alter-

1) conf. Epb. VI, 2. Exod. XX, 12. Deut. V, 16. Libri Symb. docent legem manifestare quamlibet oporteat esse hominem, ut D E O PROBARI ET ACCEPTVS ESSE POSSIT. Form. Concord. Sol. Declar. pag. 713. lin. 34.

m) Form. Concord. Epit. pag. 592. lin. 9 — 15.

n) Form. Conc. Sol. Decl. pag. 713. lin. 30 — pag. 714. lin. 8.

o) ibid. pag. 712. lin. 22. 23.

p) Apol. Aug. Conf. pag. 60. lin. 24. sqq. conf. Artic. Smalkald. Part. III. Art. II. Form. Conc. Epit. pag. 593. lin. 27. sqq. 35 — pag. 594. lin. 6. et Sol. Decl. pag. 712. lin. 32 — pag. 713. lin. 9.

ro nimurum sensu latiori significare totam CHRISTI doctrinam, quam ministerio suo in his terris proposuit et in novo testamento proponendam præcepit; et hac ratione CHRISTVM Legis expicationem et annunciationem clementiae et gratiae DEI patris sui complexum esse q). Hoc significatu quoque occurrit nonnunquam vox euangelii in libris symbol. præterim in Aug. Confess. eiusdemque *Apologia* r), et in scriptis LUTHERI aliorumque Theologorum antiquissimis ante coortas lites cum Antinomis s); cuius rei ratio ex statu doctrinae istis temporibus satis constat: cum doctrina Romanaensium a Reformatribus potissimum impugnata haud multum doctrina inter Iudeos CHRISTI et Apostolorum temporibus præualecenti præstiterit, quin eidem proxime affinis fuerit. Vnde simul intelligitur cur vera doctrina christiana a depravationibus Pontificiorum repurgata euangelica audiat, et eocetus Protestantium eandem amplectentes euangelici nominati sint. Quod minime ita intelligendum est, quasi lex proprie dicta improbaretur ac plane reiiceretur. Quin potius, cum Euangeliū hoc sensu sumptum legem in se includat, legi opponi nequit; vnde euangeliū hoc sensu late accipi et extra discriminem legis et euangelii usurpari affirmant Libri Symb. t). Atque hoc sensu veram esse conceditur, generalem illam definitionem euangelii, cum dicit: Euangelion est concio de penitentia et remissione peccatorum u). Sed vero de altero sensu strictiori et proprio docetur x): quod, ubi lex et euangeliū, sicut et ipse MOSES ut doctor legis, et CHRISTVS ut doctor euangeliū, inter se conferantur: euangeliū non sit concio penitentia, arguens peccata; sed quod propriè nibil aliud sit, quam letissimum quoddam nuncium et concio plena consolacionis non arguens aut terrens: quandoquidem conscientias contra terrores legis solat; quod doceat quid homo credere debeat, qui legi DEI non satisfecit et propterea per eandem damnatur y); et quod euangeliū sensu pro-

priis.

q) *Form. Conc. Sol. Decl.* pag. 710. lin. 5. sqq. et *Epit.* p. 592. lin. 24. sqq.

r) *Apol. Aug. Conf.* pag. 71. lin. 7. pag. 165. lin. 22. Quæ loca a derortionibus SIEGFRIEDI vindicavit S. V. PRAESES in *Theolog. Bedencken*, 4te Saml., 24tes Stück pag. 546. sqq. conf. quoque *Erläuter. der Symb. Schr.* §. 56. Schol. p. 93.

s) Imo quoque in scriptis Theologorum recentiorum, vbi veritas religionis Christianae contra hostes eiusdem defenditur.

t) *Form. Conc. Sol. Decl.* pag. 710. lin. 25. 26.

u) *ibid.* lin. 24. 27.

x) *Form. Conc. Epit.* pag. 593. lin. 1. sqq. vid. quoque *Art. Smalcald. Part. III. Art. IV.* pag. 329. coll. S. V. PRAESIDIS *Erläut. der Symb. Schr.* §. 80. pag. 133. sqq. it. *Apol. Aug. Conf.* pag. 94. lin. 9. 27. 28. et pag. 170. lin. 20. 21. et *Conf. Aug.* pag. 12. lin. 31. 32.

y) *Form. Conc. Epit.* p. 592. lin. 17. sqq. *Sol. Decl.* p. 714. lin. 21. sqq.

pruissimo tantum complectari prædicationem de clementia DEI. hoc est ipsam illud euangelium stricte sumum, de quo §. VII. egimus; ex quo itaque excluditur omnis doctrina de officiis nostris, de pœnitis et de condemnatione. ^{hinc} nos ad hanc modum multo minus euangelio suspendit, nequando ibom resolutio ibidem est. **§. XI.** *Quid nollazivs per legem intelligat.* Non nulli sint
utrum be. Iohannes. Et quod nollazivs per legem intelligat. Non nulli sint
Eorum, quæ in hoc capite tractanda nobis sumimus, restat adhuc in
aduersariorum de lege et euangelio conceptus inquirere. Quia indagatione opus
est, ne in sequentibus, aduersaris male intellectis, in meris logomachii verlari,
aut etiam dissentientibus plus minusue iusto assingere videamur. Præterea, hac
premissa disquisitione facilior nobis erit omnium effugiorum et anfractuum, per
quos euadere possint aduersarii, præclusio, vt pote fonte plerorumque reliquo-
rum, quos souent, errorum derectio. Accedit, quod haud parvam apud ipsos
aduersarios nos inituros esse gratiam speremus, si felices fuerimus in mente eo-
rum euoluenda atque exponenda, siquidem quid per legem et euangelium sibi velint,
ipsi vix recte satis scire videntur. Cum autem HOLLAZIVM potissimum recipiamus:
demonstrationem et confirmationem conceptuum aduersarii a nobis attri-
buendorum ex illius verbis desumemus. Quod propterea iure meritoque facere
posse nobis videmur, quia dubium nobis esse nequit, quin illi Comes a ZINZEN-
DORF et HOLLAZIVS, in pronunciatis de lege et euangelio amicissime conspiran-
tes, etiam in conceptibus conueniant; prætereaque ex conceptibus, quos ex verbis
HOLLAZIVI eliciti sunt, sponte flunt plerique reliqui errores, in quibus con-
sentiant; nec Com. a ZINZENDORF tantus in eo fuit, ut mentem suam explicare
aliquatentus exponeret, ac quidem HOLLAZIVS. Quibus in antecessum obserua-
tis, porro notandum est, quod HOLLAZIVS legem ceremonialē a moralē dis-
tingui nolit, utramque uno verbo legem, sensu proprio et determinato appellans a). In conceptu de lege ceremoniali non discedit a communi significatu,
nec de hac lege ullam mouet controversiam, quamvis ipse nonnulla de eadem
doceat, qua non omnino cum veritate consentiant. Per legem autem mora-
lem intelligere videtur, talem officiorum doctrinam et expositionem, qua etiam
hominibus, extra respectum ad redemtionem CHRISTI consideratis, ac-
commodata est, seu qua etiam locum habere posset si homines sub fœdere ope-
rum vixissent. Vnde ad legem moralē, ex illius mente, requiritur: primo ut
tan.

2) Form. Conc. Sol. Decl. pag. 711. lin. 1.

a) Miss. Relig. pag. 914. Wir verstehen eigentlich und genauer dasjenige Gesetz, welches man den Decalogum oder das Moral-Gesetz zu nennen pflegt, wovon wir aber das Ceremonial-Gesetz nicht ausschließen, als welches auch die Apostel zusammen pflegen zu nehmen.

tantummodo talia exponantur atque inculcentur officia, quæ moralitatem suam non desumunt ex œconomia gratiæ; deinde autem formale legis moralis in eo consistere putat, ut doceantur atque inculcentur hæc officia tali modo, ex eiusmodi principiis, talibusque argumentis, qua etiam locum haberent, si fœdus gratiæ idem non fuisset. Ipsa hæc officia, seu quod actiones eiusmodi moraliter bona vel mala sint, morale legis nominat, et non nisi remotiori modo ad legem refert, utpote quod, lege sublata, tamen manere posse, arque in novo testamento locum habere et sub euangelio comprehendi existimat b). Istam autem obligationem, aut potius, ista obligationis fundamenta, quæ sub fœdere operum locum haberent, pro formalis et primario legis moralis conceptu habet. Ut hanc eius esse de *lege* mentem credamus, nobis persuadent sequentes rationes.

- 1) Ipse disertis verbis moneretur per *legem propriæ et determinatae sumtum* non intelligere quamlibet doctrinam, quæ præcipit aut prohibet, minatur, reprehendit, condemnat et ad opera impellit c).
- 2) Fidem et amorem fraternum pro officiis et præceptis euangeli habet, non autem pro officiis legis d).
- 3) Peccata contra œconomiam gratiæ a lege reprehendi et detegi non posse, nec iisdem contra legem impingi statuit e).
- 4) Pro *legis* doctrina non reputat, ubi motiuæ ac incitamenta ad officia

b) Erläut. der Mess. Relig, pag. 1050. Durch das Morale verstecke ich die Lehre von Erkenntniß der Sünden und guten Werken, die Bestimmung was gut und böse sey.
ibid. pag. 1038. Das Morale bleibt in der Öeconomie des Evangelii. Die Heiligkeit und Freyheit vom Sünden-Dienst gehört mit zu den Verhüffungen des Evangelii — und die Unheiligkeit gehört mit zu den Drobungen und Strafen des Eccegeli über den Unglauben an Jesum.

c) Mess. Relig. p. 914. Man pflegt durch das Gesetz im weitläufigen Verfunde gegen men, diejenige Lehre zu verstehen, die mit gebieten und verbieten, dräzen, strafen und verdamnen umgeben, und auf Werke treibt. Wir verstehen aber alltier eigentlicher und genauer dassjenige Gesetz etc. pag. sequenti dicitur. Das Eccegeli hat auch Gebote — Es verdammet auch — Es führet auch zu guten Werken an.

d) ibid. pag. 915. Das Eccegeli hat auch Gebote vom Glauben an Jesum und von der Bruderliebe. Dieses Gebot: an Jesum zu glauben können wir unmöglich im Decalogo oder Moral-Gesetz suchen, er pag. 962. Das Eccegeli fasset in sich die Gebote vom Glauben an Jesum und der Bruderliebe. Von diesen zwey Stücken weiß das ins Hertz geschriebene Moral-Gesetz nicht (omnem autem legem moralem cordi inscripnam putat) wohl aber vom Glauben an Gott, und der allgemeinen Liebe überbaup.

e) ibid. pag. 938. Das Gesetz kan gar nicht entdecken die Sünden wider die Gnaden-Öeconomie, und das Eccegeli, den Unglauben an Jesum, die Verachtung, Feindschaft

acia, etiam ea, qua lex, secundum eius mentem, præcipit, ab eiusmodi rebus desumuntur, qua ad cœconomiam et fœdus gratia pertinent f). Moralem hanc legem, in nouo testamento sublatam esse contendit, ita ut nullam obligandi vim habeat, atque actiones hac lege præscripte in nouo testamento non sint officia g). Quamvis ex fide, quam solam, vna cum amore fraternali, pro veris officiis noui testamenti haber, sequi concedat, vt fideles eas obseruent, quoniam fideli aduersum est easdem omittere h). Vt legem hanc post lapsum tantummodo Iudeis in speciale cœconomiam reuelatam esse statuit, ita quoque eandem tantummodo in libris Mosaicis querat, necesse est, propterea que putat CHRISTVM et Apostolos eam nunquam proprie docuisse, et officia quædam enumerat, que ex lege quidem deriuari posse concedit, non tamen nisi per longiorem quandam conclusionum et consequentiarum seriem; explicite autem et nata re intrinsecum nihil de iisdem in lege præcipi statuit; que tamen officia in libris noui testamenti infinitis locis expressis conceptisque verbis iniunguntur, siquidem præcepta de ebrietate et superbia uitandis, item de continencia, humilitate et patientia, aliaque plura huc referenda esse opinatur. Interdum tamen aliud quid per legem significare videtur, vii dum dicit: legem in

Schafe wider das Wort vom Kreutz, die eigene Gerechtigkeit, die Sünden wider des Menschen Sohn, ic den Heiligen Geist. Denn das sind eigentlich Sünden, nicht wider das Moral-Gesetz, sondern wider das Evangelium, und von den Sünden, die wider das Gesetz sind, unterschieden.

f) Erläuterung der Miss. Relig. pag. 1023. Wenn man dieselbe (die Lehren, die eigentlich aus dem Singitischen Gesetz fließen, oder durch richtige Folgen können hergeleitet werden) aus Christo, die Sünden aus dem Unglauben, die guten Werke aus dem Glauben an Christum herleitet, so rechne ich es zu meinem Evangelio late sumto. Adeoque ad legem non refutur. Quod etiam exinde patet, quod legem in novo testamento reliquit, et tamen hoc loco et sapientia contendat morale legis, ut illa loquitur, in euangelio contineri et ex CHRISTO doceri debere.

g) Erläuter. der. Mess. Relig. pag. 1051. Zu dem Unterschied des Gesetzes und Evangelii nach dem Morale gehört, daß heilige seyn nach dem Gesetz eine Pflicht ist, nach dem Evangelio aber eine Gnade und Seligkeit sey. pag. 1003. Wir können das Gesetz nicht als eine Schuldforderung lebren, denn Christus hat bezahlt. Mess. Relig. pag. 972. Gott erläßt dem Sünder die Pflicht. Gott hebt das Gesetz auf. p. 929. Im neuen Bunde dienten nicht sowohl das Moral-Gesetz, als vielmehr der Heiland den Glaubigen zur Vorschrift und Norm ihres inneren und äußern Wandels. Sie sind vom Gesetz frey.

b) Erläut. der Mess. Relig. pag. 1050. Was das Geifte als Sünde bestimt, das ist auch wieder den Glauben und einem gläubigen Hertzen entzider, und was das Geifte als gute Werke bestimt, dazu bat auch ein gläubiges Herrz Lust und Neigung.

euangelio suo late summo contineri; per illud erigi et instaurari; et anque in novo testamento in et ex CHRISTO docendam esse. Tunc autem per legem illud intelligit, quod antea *Morale legis* eum nominare obseruauimus. Quia eius in loquendo inconstans sine dubio ex conceptibus et hotionibus eius confusis, indeterminatis et male concoctis prouenit. Quin forsitan in hoc ipso admirari debemus insignem illius facilitatem, qua etiam aliorum hominum captui nominis, nihil se conformare et ius condescendere haud indignum duxerit.

§. XII.

Quid per Evangelium sibi velit.

Hac presumppta de *lego* natione, per *euangelium*, si alias sibi meti ipsi constare cupit, aut omnem doctrinam veritaris, que est secundum pietatem, que in cœconomia gratiae locum habet, intelligere deberet, excepta doctrina de speciali pædagogia Iudeorum, h. e. de *legibus ceremonialibus* (*legem enim moralem* perperam eo refert); adeoque sub *euangelio* complecteretur quicquid ad veram doctrinam revelatam seu ad Religionem christianam referri potest (hinc quoque ipsam *legem*, etiam eius sensu sumtam, ut ex sequentibus patet.) Atque tunc controversie summa ad hæc rediret momenta: primo num *lex moralis*, etiam HOLLAZIANO sensu sumta ad istud *euangelium* referenda esset, quod nos affirmaremus; deinde num liceret officiorum nostrorum demonstrationem ex libris veteris testamenti, speciatim Mosaicis et preferitam ex *Exod.* XX. et *Deut.* V. desumere, quod quoque affirmaremus. Aut etiam per *euangelium* significare deberet eam doctrinam, docendique rationem, que in sola cœconomia gratiae locum haberet, et in eadem fundata est; adeo ut *lex*, prout ille eam sumit, non sub *euangelio* comprehendetur. Controversia autem tunc eo rediret, num *euangelium* hoc sensu sumptum plane excludat legem, quoque HOLLAZII sensu sumtam, adeo ut illicitum sit in novo testamento istam *legem* docere, quod nos negaremus. Ad plenum autem HOLLAZII de *euangelio* conceprum, percipiendum notetur, eum per *euangelium* indigitare *primo* et *precipue*, eas doctrinas, que ad naturam cœconomia gratiae pertinent, atque ex eadem oriuntur, si modo ita proponantur, ut sanguinis mortis, vulnerum et cruciarum CHRISTI mentio ubique personet; adeo ut tota doctrina, ut ipse loquitur, cruenta et sanguinea videatur; *deinde* et *secundario* eas significat doctrinas de bono et mali morali, seu de virtutibus et vitiis, que etiam in fœdere operum locum habuerunt, si modo eadem pertractantur ratione, ut tota cruenta sint, atque unice ex fide et incredulitate, et ex exemplo, *principue* autem morte et cruce CHRISTI dedicantur i).

§. XIII.

i) Erläuterung der Maff. Relig. pag. 1223: Durch das *Evangelium* verſtehe ich die ganze Lehre von Christo, seine heilige Geburt und Menschwerdung, Leben, Leiden, Cretzes-Tod;



Expositis, qui ab veraque parte de lege et euangelio fouentur, conceptibus: de iis, quos aduersarii sequuntur, iudicium feremus, rationem simul, cur eorum notiones amplecti nequeamus, reddituri. Quod vt rite fiat, tam conceptibus suis a libris symbi dissidentre aduersarios, quam quoque ab ipsis rebus aberrare veritate, atque sufficienti scripture sacra destitui suffragio ostendendum est. Quod primo ad legem attinet, omnino hanc vocem aliter aduersarii sumunt, ac eandem Confessores nostri intellectam voluerunt. Hi enim pro lege haberi volunt quamcunque doctrinam, quid iustum DEO que gratum sit docentem k), voluntatemque diuinam, quales nos esse oportent, vt DEO probari, acceptique esse possimus, reuelantem l). Vnde ex eorum sententia omnia nostra lex nobis exponit officia; atque non solummodo quid homines, non alio speculatoris respectu, quam, qui etiam, quoisque oeconomia operum subessent, obtinuit, praestare, qualesque eos tunc futuros fuisse, iustum DEO que gratum foret, docet: verum quoque quemam in oeconomia gratia sit voluntas DEI grata, bona et perfecta; Rom. XII, 2, declarat. Porro quicquid de peccatis nostris et de ira DEI docet, concionem legis pronunciant confessores nostri m), immo ipsissimis LUTHERI verbis docent, quicquid peccatum arguit, ad legem pertinere, ut ipse caus proprium est officium, quo sola fungitur, peccata arguere, et ad agnitionem peccatorum adducere n), ita vt etiam passio et mors CHRISTI, quandiu nobis iram DEI ob oculos ponunt, et hominem perterritfaciunt, non proprie concio euangeli, sed legis doctrina esse dicantur o). Neque ipsi rei exacte

E 3 responsio

Tod, blutiges Verdienst und Gerechtigkeit, Auferstehung, Himmelfahrt, dreyfaches Amt, Zukunft zum Gericht, alle credenda und agenda, und also auch das Gesetz, in so fern und wie es aus Christo, seinem Leben und Leiden gehabt und erklaret wird. — Wenn die Sunde aus dem Unglauben, die guten Werke aus dem Glauben an Christum hergeleitet wird, pag. 1004. Die Predigt des Gesetzes und Evangeliums überall vom Blute und der Marter IESU angfüllt seyn, pag. 1005. Mir ist kein Evangelium — wenn ich nicht die Ursach des Trostes und der Gnade, daß Christus für unsre Sünden geschorben, zu bören kriegte. Ist das Gesetz-Buch, die Moral, nicht mit Blut besprengt, fehlt Christus und seine Marter, so siehet es auch nicht biblisch aus, pag. 1566. Christus der gerechtigte mit seinem blutigen Tode muß die einzige Haupt-Lebze seyn, auch aledenn, wenn das Gesetz, oder Erkäntniß der Sünden und gute Wercke gehabt werden,

k) Form. Conc. Epit. pag. 592. lin. 10. 11.

l) Form. Conc. Sol. Decl. pag. 713. lin. 32. 33.

m) ibid. pag. 712. lin. 12. 23.

n) l. c. pag. 714. lin. 1. sqq.

o) Form. Conc. Epit. pag. 593. lin. vlt. et pag. 594. lin. 1. sqq. coll. Sol. Decl. pag. 712. lin. vlt. et pag. 713. lin. 1. sqq.

respondet aduersariorum de *lege* conceptus, aut secundum cogitandi regulas rite formatus est. Iuxta has enim omnis doctrina a DEO profecta, in quam generalis *legis* supra exhibita notio p) quadrat, *lex*, scilicet *divina*, audire debet. Neque in *vnu* vocis huius biblico conceptus adeo restricti circumscriptaque apparet ratio, vti ex §. II — VI satis superque constat. Deinde quod ad *euangelium* attinet, nec magis in huius vocabuli *vnu* cum *libris symb.* consentiunt aduersarii. Cum proprio et strictiori significatu, vocabulo *euangelij* in *libris symb.* attributo, suum componi posse conceptum ipse HOLLAZIVS desperat. Atamen *euangelii* vocem in *libris symb.* etiam late nonnunquam accipi, atque ea ratione cum *librorum symb.* pronunciat sententiam suam conciliari possi prætendit. Sed vero primo immerito et dissentientibus *libris symb.* latior *euangelii* significatus strictiori præfertur: siquidem hunc *propriissimum* pronunciant, suumque potissimum faciunt *confessores*, alterum istum latiorem præter *Apolog. A. C.* pag. 71, lin. 7. et pag. 165, lin. 22. vix una alteraque vice ex propria adhibentes sententia q). Secundo præter consuetudinem et sententiam *librorum symb.* *euangelium* late sumum *legi* opponit HOLLAZIVS. Illi enim expresse testantur, *euangelium* late accipi, extra discrimen *legis* et *euangeli* r), atque quotiescumque *legi* opponatur, proprio ac strictiori intelligendum esse sensu s). Quodsi autem *euangelium* late sumum recte *legi* opponatur, per hanc intelligi oportet doctrinam eiusmodi, que aut eadem esset cum doctrina, quam Iudei tempore apostolorum præ se ferebant, aut etiam, qua ea perficie ac vnu officia tradenerunt ratione, qua, stante *economia* operum, eadem exponi opus esset, vel etiam fieri potuisset. Verum enim vero tunc incassum arque in auras abirent cuncta HOLLAZII sociorumque molimina, vt pote cum studio genuinam religionem, doctrinamque vere christianam ac euangelicam, vt ipsi prætendunt, instaurandi actum omnino agerent: hæc enim, qua DEI est gratia, nondum perit; et omnium minime in nostris cœribus spuria ista præualuit verbum diuinum docendi ratio. Tertio *euangelium*, quod suum late sumum appellat HOLLAZIVS, ne quidem cum *euangelio* late sumto *librorum symb.* idem omnino est. Nam ex *librorum symb.* sententia nomine *euangelii* late sumti vniuersa venire debet

p) vid. Cap. I. §. I. coll. Cap. II. §. II.

q) Fraudulenta iraque maleque fidei sunt verba HOLLAZII Meff. Relig. pag. 950: *Man weiß wohl, daß es (das Euangelium) zum Theil von unfern Lehrern auch libris symb. in engern Verstande, vor die Predigt von Vergeltung der Sünden pflegt genommen zu werden.* Quasi hic significatus, à modo remissio peccatorum per metonymiam hic reliqua quoque beneficia diuina, remissionem peccatorum tam antecedentia, quam consequentia complectatur, ex parte tantum obtineret, et non communiter maximeque receptus, ac publice esset definitus.

r) Form. Conc. Sol. Decl. pag. 710, lin. 25. 26.

s) Epit. pag. 593, lin. 1. sqq.

bet doctrina CHRISTI et apostolorum, adeoque vniuersus dogmatum religio-
nis christiane ambitus. HOLLAZIVS e contra suum euangelium late sumrum
per vniuersam doctrinam de CHRISTO exponit t), qua alias ratione Theo-
logi nostrates rectius euangelium stricte, immo strictissime sumrum definitur u).

t) *Mess. Relig.* pag. 950. et *Erläuterung der Mess. Relig.* pag. 1023.

u) vid. BARTHOLINI *Elem. Theolog.* Art. VI. §. 26. QVENSTEDII *Syst. Theolog.*
De Euangeliō seqt. 1. thef. VII. BROCHMANDI *Syst. Theolog.* Tom. II. De Euangeliō
Cap. I. Seqt. II. n. 4. WALCHII *Einleit. in die dogmat. Gottesgelahrheit* Cap. 22.
§. XXX. præsertim pag. 827. Non itaque sine ratione HOLLAZIO vitio verte-
bat M. R. KRAFT in *Theolog. Bibliothek* Tom. II. 704. sq. quod significatum euangelli
latiorem præ se ferret, striciori tamen retento. Ad hanc insimulationem repro-
nit HOLLAZIVS in *Erläuter. der Mess. Relig.* pag. 109. Darüber habe mich be-
reits erklärt, daß ich das Gesetz, wenn es aus Christo oder nach dem Euangeliō
gelebt würde, würklich mit unter dem Euangeliō verstanden; aber eben dieses late
sumrum dem Gesetz entgegen stellte, wenn man es außer Jesu und nicht euangelisch
lebete. Quo peripiciamus, quam insufficiens sit hoc responso, ipsum audiamus
quid sit legem ex CHRISTO et euangelice docere explicantem *Mess. Relig.*
pag. 935. Der Gebrauch des Gesetzes ist gesegnet, wenn man aus Christo und dessen
Hell, Leben und Tode erkläre, und zwar (a) wenn man die Sknde, den Zorn Got-
tes, den Fluch des Gesetzes im Leiden Christi — — zeigt; wie bestig unsre Sü-
nden den frommen Gott entzünden. (b) Wenn man zeigt, wie das ganze Urtheil
und Verdammung des Gesetzes Christus über sich genommen, für unsre Sünden ge-
busset und unsre Strafe auf sich genommen. (c) Dass des Gesetzes strengen Forde-
rungen eines vollkommenen Gehorsams auch Christus — — ein Gnüge gethan.
(d) Dass alle Gebote des Gesetzes, wie sie der Heiland thätig in seinem Wandel er-
kläret, nach dessen Muster und Beispiel in uns durch den Glauben und neue Creatur,
auf neu testamentliche Weise in der Liebe erfüllt würden; et pag. 978. seqq. vbi ad
concionem legis ex CHRISTO refert (e) Wenn man den Bund und Vereinigung
mit Gott und Christo nicht im Gesetz und Haltung des Gesetzes — — anweist,
— — sondern im Glauben und in der Liebe zu Jesu. (f) Wenn man zeigt, daß
das ganze Gesetz mit seinen Vorbildern in Christo den Zweck, das Ende und die
Erfüllung erlanger. (g) Wenn man im ganzen Wandel und Heiligungs-Sachen die
Glaubigewordene auf Jesum und sein Muster und Beispiel weiss und nicht aufs
Gesetz, welches die Gläubigen im alten Testamente zu ihrer Norm hatten. De hac
doctrina legis ex Christo obseruetur; quod momentum secundum, terrium,
quartum et quintum nemo preter HOLLAZIVS, et qui cum eo pariter quadra-
tata rotundis miscere potest, pro doctrina legis vlo modo habere posset, ea enim
reuera et proprie pertinent ad euangelium stricte dictum. Momentum sextum,
quatenus de typis, quibus lex ceremonialis constabat, intelligitur, pertinet ad ar-
gumentum euangeli stricissime sumti; quatenus autem de lege morali intelligi-
tur falso omnino est. Primum et ultimum ad legis doctrinam omnino pertinet,
similque ad usus praticos doctrina de CHRISTO, adeoque euangeli stricissi-
mè dicti, vid. S. V. PRAESIDIS *Thef. Theolog. Part. I. Art. VI. Cap. I. §. IV. et*



Et ad doctrinam de CHRISTO iure referri nequit doctrina de natura et operibus DEI essentialiter spectari, ut et de nostris officiis, aliaeque multe partes fidei christianæ, quamvis cum doctrina de CHRISTO coherentem. Neque ad euangelium, legi contradistinctum, regulis diuidendi conformiter annumerari potest doctrina de vilis officiis aut peccatis: talis enim doctrina lex est, et ad legem referri debet. Multo accurior est diuisio Apol. A. C. pag. 170: In hec duo opera (per terrefacere ac iustificare et vivificare per terrefactos) distributa est vniuersa scripture. Altera pars lex est, qua ostendit, arguit et condemnat peccata. Altera pars euangelium, hoc est, promissio gratia in CHRISTO donata. Nec denique cum vnu scriptura sacra satis conuenit hic de euangelio conceptus. Etenim occurrit in scriptura sacra vox euangelii nonnunquam sensu latiori; at tunc vnuersam complexitur doctrinam CHRISTI et apostolorum. Plerumque tamen, et sere vbiique in scriptis Apostolicis significationem habet strictissimam et specialissimam: vti per singula loca eundo ex contextu et adjunctione patere posset. Omnia autem minime scriptura sacra consentaneum est, quod aduersarii requirant doctrinam euangelicam semper esse debere sanguineam et cruentam, ita vt non sit euangelium, nisi vbiique inspurgatur vulnerum et sanguinis CHRISTI mentio. Talem enim non fuisse doctrinam Apostolorum ipsa scriptorum eorum inspectio docet. Sed relicta de terminis et conceptibus discepta-

IX. Cap. II. §. VIII. XIV. XXII. XXIX. Cap. III. §. IV et IX. Ad euangelium autem late dictum ex sententia librorum symb. præter talem legis doctrinam refertur quoque, vbi officia docentur et peccata reprehenduntur ex attributis et natura DEI, conditione hominum et explicitis scripturae sacrae verbis. Nec magis ad rem facit sequens responsio: loco ante cit. Siebe Mess. Relig. da heißt es; in dem Euangello sicut seinen zwey Tafeln, Glaube und Liebe, 2 Tim. I, 10, nun ist die Liebe ja die Summa des Gesetzes, wird aber auf eine euangelische Art mir zum Euangello gerechnet etc. Nam præter iam nunc de methodo euangelica, iuxta quam amor ad euangelium annumeratur, dicta: modo obseruandum est, quod per amorem, quem præceptum euangelii esse dicit nro LLAZIVS, ipse intelligat amorem fraternalum Mess. Relig. pag. 95. 962, de quo legem nihil plane scire afferit pag. 962. Adeoque fieri dicere nequit amorem, quem pro altera tabula, vel altero præcepto euangelii habet, simul summam legis efficiere. Nihilominus ipsi succedit quod probare sucepérat doctrinam de CHRISTO et doctrinam CHRISTI pari ambulare pastu: Christus hat vornehmlich von sich seinem Am und Creutz-Tode, und auch das Gesetz aus sich gelehret, Job. 25. Luc. 23, 27. (ergo simul quoque alia docuit. Legem vero quoque altera quam ex semetipso docuit e. g. Matth. V, VI, VII.) Hernach frage ich: ist die Lebe Christi eine andere als der Apostel von Christo? Mit dem Unterschied würden sie ihr eigen Systema ruiniiren. Reipi: doctrina CHRISTI eadem est ac doctrina Apostolorum; sub illa comprehenditur doctrina CHRISTI de semetipso, et sub hac, doctrina apostolorum de CHRISTO; haec utique autem eadem est. Sic systema optime sibi constat.

disceptatione ad præcipiam de *vñs ipsius legis* controuersiam, ad quam confi-
ciendam haðenus tractata necessaria duximus, transeundum est. Et cum iam
demonstrauimus conceptus aduersariorum de lege et euangelio multis scatere vi-
tiis: in hac tractatione retinendus erit conceptus de *lege in libris symb.* definitus
et Theologis communis ac familiaris; maxime cum sub eodem comprehendan-
tur omnia, que ab aduersariis ad legem euangelio oppositam referuntur; adeo
que in terminis versemur vere contradictoriis.

CAPUT TERTIVM

NECESSARIO VSV LEGIS PAEDAGOGICO.

S. I.

Quid et quorūplex sit vñs legis.

Dupliciter sumi potest terminus complexus *vñs legis*: vel nimirum ita, vt
fructus, effectus et utilitatem legis denotet; vel ita, vt ipsam legis,
tanquam medii, ad fructus istos obtainendos adhibitionem significet.
Utrumque autem significatum heic combinari oportet. Ea enim mutua inter-
se coherent relatione, vt *vñs legis* posteriori sumtus significatu ob eundem
priori modo intellectum necessarius sit. Quod apertius patebit: si *primo* indi-
cari fuerint fructus legis; *secundo* hosce legis effectus necessarios esse ac sine de-
trimento absesse nequire ostendatur; et *tertio* eos nisi per legem vel omnino non,
vel non æque bene obtineri proberentur. Ceterum genera *vñs legis* varie solent
constitui. Alii enim quadruplicem *vñs legis* numerant, scilicet *politicum*,
elencticum, *pedagogicum* et *didacticum* x). Alii triplicem cum numerant, *po-*
liticum, *pedagogicum* et *didacticum* y). Adæquatus autem et diuidendi regulis
magis conuenienter ita constituitur *vñs legis* diuisio: vt primo *vñs legis* gene-
ratum, deinde vero speciatim consideretur z). Generalis legis *vñs* is est, qui
legi per se, quia et quatenus lex est, competit, in officiorum praestandorum
determinatione consistens. Hic quatenus, respectu actionum futurarum, circa
conscientiam antecedentem informandam versatur, *didacticus* dici potest. Et
quatenus, respectu actionum commissarum seſe exerit, consequentem dirigen-
do

x) QVENSTEDII *System. Theol. de Lege DEI* Seſt. I. Thes. XXXIII. BROCH-
MANDI *Syſt. Theol. de Lege* Cap. V. Seſt. 4. pag. 24.

y) *Form. Conc. Art. VI.* pag. 594. et 717. IO. MVS AEV S Praefet, in *Epit. Form. Conc.*
pag. 227. BARTHOLINI *Elementa Theol. Art. VI.* §. 14. aliisque.

z) De aliqua diuisionis iam nunc dictæ trimembri inconuenientia vid. MVS AEV S
l. c. pag. 228. Quæ ibi dicuntur æque valent de diuisione quadrimembri.

do conscientiam, præsertim quoad actiones malas commissas, *elencticus* haud immittero nominaretur. Generalem hunc usum apud omnes homines lex obtinere potest ac debet, et est proximus, ob quem lex data est, finis. Habito autem ad diuersas hominum conditiones respectu varie modificatur generalis hic usus, dum varios ulteriores habeat effectus; qui si boni sunt, ita ut fines et scopi legis reputari possint, specialem legis efficiunt usum. Est vero hic triplex potissimum. Vel enim per generalem legis effectum irregeniti adhucdam homines a grauioribus cohibentur externis sceleribus perpetrandis, ulteriori deficientie interna immutatione ac emendatione; qui est usus legis *politicus* et *civilis*. Vel proprius quicquam ad eorum conversionem promouendam conductus; qui usus *pedagogicus* vocatur. Vel denique apud regenitos sanctificationem et studium bonorum operum prouehit. Et quoniam fideles mente seruiunt *legi DEI*, in nouitate spiritus, facientes voluntatem diuinam ex animo: Rom. VII, 25. 6. Eph. VI, 6. nihil fere amplius indigent, præter officiis suis institutionem: certe cogendi suam vim apud eos lex non exercet, proptereaque usus, quem apud eos lex haber, eminenti sensu *didacticus* dici potest, alias quoque *normativus* nominatus a) Vti de usu legis *politico* nulla proprie cum HOLLAZIO nobis intercedit controversia: ita quoque generalem legis usum ille aliquatenus concedit. Verum enim vero ad usum *pedagogicum* et *didacticum* præfandos eam nec necessariam esse, nec aptam atque idoneam una cum illi Comite ZINZENDORF contendit. Hos itaque duo legis usus contra dissidentes adductum ibimus, in hocce capite primum de usu *pedagogico* acturi.

§. II.

Quid sit usus legis *pedagogicus*.

Per usum legis *pedagogicum* plenus intelligimus rationem, quam ad hominum conuerzionem verbum legis habet, tanquam eius inchoanda ac perficienda medium. Vnde sub hoc legis usu completi nos appetit omnes mentis humanae immutaciones ipsam antecedentes regenerationem, ad quas efficiendas *lege Spiritus Sanctus* vtitur iuxta officium suum *epanorthoticum elencticum* b). Eo potissimum omnes hi legis effectus redeunt, ut de peccatis suis eorumque noxia conditione conuicti homines CHRISTO indigere sentiant, propter eaque eum desiderent, ac fide audie amplecti possint. Haec ad conuerzionem perficiendam necessaria esse, ex lege autem per illuminationem legalem proueniare, adeoque legem eum in finem reuera adhibendam esse: eidem dabimus.

§. III.

a) vid. S. V. *PRÆSIDIS Erläut. der symb. Schriften* §. 129. De omni hac diuisione conf. VIRI S. V. *Thes. Theolog.* Part. II. Art. XI. ad §. VI. et VII. *Thes. VI.*

b) conf. S. V. *PRÆSIDIS Thes. Theolog.* Part. I. Art. VII. §. VIII.

§. III.

Conuersio naturæ hominum conuenienter peragitur.

Necessariam mentis nostræ ad unionem cum D E O asequandam emendationem c), cum ipsius efficere nequiuerimus, eam ipse D E V S Spiritu suo eiusque gratiosis operationibus procurandam suscepit; ita tamen, ut naturæ nostra conuenienter agat, adeoque intrinsecam mentis nostræ libertatem non tollat, quin potius eam emendando ac prouehendo in bona ac debita fletat obiecta d). Cum itaque non absoluta quadam et irresistibili D E V S nos, nolentes licet ac reluctantes, conuertat virute, nec spontanei cultus sibi erectam voluerit gloriam: fatis apparet, quod non prius nobis fidem ingenerare possit, quam eius ante in nobis accentum fuerit desiderium. Ipsum autem hocce desiderium D E V S quoque in nobis excitat necesse est; non autem physica quædam actione in voluntatem nostram operando, præter et contra animæ nostræ libertatem, immo cum eius sublatione, sed morali actione, intellectum illuminando ac de rebus cognitu necessariis conuincendo per verbum in scriptura sacra literis mandatum. Ea vero est naturæ humanae ratio, ut nullam status sui commutationem homo appetat, nisi praesentem suam agnoverit conditionem pravam arque noxiæ; aut saltem, mutato suo statu feliciorem se easurum esse sibi habuerit persuasum. Quod itaque etiam in conuersione negotio ysi veniat, necesse est.

§. IV.

De primo doctrinarum homini conuertendo cognitu necessariarum genere.

Homini conuertendo tria potissimum cogniti sunt necessaria. *Primum* vel D E V M eiusque sanctissimam cognoscat naturam, ut et propriam suam destinationem nec non sub potestate D E I subiectionem. *Secundum* ut qua ratione ex nativa sua conditione ad D E V M et supremum existentia sua finem se haber intelligat. *Tertium*, ut remedium quoddam adesse, viamque e sinistro ac difficulti, in quo constitutum se deprehenderet, loco euadendi patere perspectum habeat. Quæ primo posuimus loco omnis religionis ac pietatis fundamentum efficiunt: proptreraeque omnibus creaturis rationalibus necessario innotescant, siquidem eas omnes ex æquo attingunt. Ergo quoque hominibus sive sub œconomia operum sive gratiae vixerint ad religionis cultusque diuini exercitium cognoscenda requiruntur. Doctrinae huc pertinentes sunt exæ, de vero D E O eiusque essentia, præstertim de attributis eius moralibus, de creatione, conser-

F 2

c) vid. S. V. P R A E S I D I S *Theolog. Moral* §. 59. 63. 67. 275. sqq. REINBECK. *Betracht. über die Augsb. Confess. III. Theil. XL. Betr. §. XXXIV.*

d) conf. S. VEN. WAGNER. *Untersuchung des wahren Begriffs von der Freyheit des Willens.* §. 96. n. 9. et §. 97. coll. §. 37.

vatione et gubernatione totius vniuersi, ut et de immortalitate animæ statuque post mortem huic vita exacte respondentे. Ex hisce rebus necessaria fluit consequentia obligatio ad semetipsum actionesque suas recte et ad voluntatem diuinam conformandum, adeoque exinde demum apparet pietatis cultusque diuini necessitas. Qui vero harum rerum fuerit ignarus, non modo nullius de careris doctrinis salutaribus coniunctionis capax est; sed quoque quodlibet sibi licere presumens, nisi forsitan quod penas extermas legibus ciuilibus statutas, aut etiam damna vnam alteramque actionem physico nexus statim excipientia metuerit: nullum DEO prestabilitum cultum, et sermonem reconciliationis derisi et contemptum habebit.

§. V.

Quatenus nota reddenda sint haec doctrinae hominibus a vera religione alienis.

Ad duo genera homines referri possunt, in quibus debita harum rerum desideratur notitia. Prioris generis sunt, qui extra ciuitatis christiana pomocria vitam degunt, vel omnem insinantes, aut etiam impugnantes ac deridentes religionem, vel faltem christianorum sacra reprobantes. Quorsum quoque empacta et hostes religionis in medio christianorum viuentes pertinent. Cuius generis hominum tanto diligentius nostris temporibus habendam esse rationem quilibet facile concedet, quanto latius serpit venenum eorum, quantoque minus propalam illud disseminare verentur. Primo autem hi de naturalis religionis necessitate et veritate, si quidem eam negauerint, conuincedi sunt. Atque sic facilius deinde ut CHRISTI ciuibus leadiungant, reuelatamque prositeantur doctrinam adducentur. Prius nisi argumentis ex disciplinis philosophicis defundit, diuerse subiectorum capacitatē ac captivi accommodaudis effici nequit. Ad posterius vero perficiendum argumenta tam intrinseca, quam extrinseca et historica diuinam scripturā sacrā originem incorruptamque eius integritatem demonstrantia accedere debent. Huc autem non parum facit tam legis naturalis explicatio, vt pote necessitatem reuelationis cognoscendam exhibens; quam quoque reuelata explicatio. Hac enim optime demonstrantur doctrinæ reuelatae sanctitas et pre naturali religione præstantia, que inter criteria scripturae sacræ intrinseca non ultimum tenent locum. Neminem vero, nisi scripturam sacram pro verbo DEI fallere et falli nescio reputet, aut argumento ac dogmatibus eius fidem habeat, euangeliō credere posse et fidem in CHRISTVM concipere, res ipsa loquitur. Luculento hac in re nobis exemplo præstat PAULVS diuino spiritu actus in sermone AD. XVII, 23—31. descripto, quem ad infideles, verum DEVUM ignorantes Athenis habuit. In hoc sermone de vero, at auditoribus ignoto DEO, vniuersi creatore et moderatore, de stultitia idololatriæ, et de futuro iudicio, mortuorumque resurrectione differens ad ultimum demum resur-

resurrectionis futuri iudicis, tanquam rei factæ omni fide dignæ mentionem inspergens e). Hac docendi ratione PAVLVM vsum fuisse quoque probatur ex ACT. XIV, 15 — 17. vbi PAVLVS et BARNABAS argumentum doctrinæ suæ indicant. Idem præterea confirmant sermones apostolorum ad Iudeos habitæ in libro actorum apostolicorum memoriae prodiit, quibus IESVM Nazarenum, morte a Iudeis multatum, verum esse MESSIAM, atque in euidentissimum eius rei documentum certissime in vitam rediisse, continuo ex vaticiniis et rebus gestis ante demonstratur, quam cui vñi ea euenerint, quemque in finem CHRISTVS fide esset amplectendus ostenderetur. Evidenter hoc constat ex sermone PETRI ACT. II, 14. sqq. vbi com. 36. prægressæ demonstratioñi hæc subiungitur conclusio: *Certissime itaque sciat omnis domus Israelis, quod DEVS Dominum et CHRISTVM fecerit hunc IESVM, quem vos crucifixistis;* verus autem huius CHRISTI vsus demum com. 38. docetur, Inspiciatur quoque sermones PAVLI ACT. XIII, 16 — 41 et XXVI, 1 — 23. coll. com. 25 — 28. Quo ultimo loco ex conditione vita sua anteactæ et miraculosa conversione doctrinæ sua confirmat veritatem f). Ex hisce apostolorum exemplis concludere licet: si apostoli, virtute et dono Spiritus sancti instrucl, ipsumque habentes Dominum cooperantem per signa sequentia, Marc. XVI, 20. prius auditores suos de dogmatibus Theologie naturalis instruere; et apud eiusmodi quoque homines, qui reuelationis diuinæ gnari erant, omniaque, quæ insolita cum IESV contigerunt, recenti tenerunt memoria, argumentis pro veritate doctrinæ christiana militantibus viam sibi parare necesse duxerint, quam de ipsa salutis via eos erudiuerissent: multo magis vt hodierni doctores eandem sequantur docendi rationem necesse est g).

F 3 §. VI.

e) Ex com. 18. coll. com. 32. constat concioni interfuisse Epicureorum et Stoicorum nonnullos. Quorum illi DEVUM mundi curam gerere et animas immortales esse negantes vanum esse contendebant inferorum metum; hi vero materialem suum Deum æque ac reliquas omnes res insuperabilis fato absoluteque alligarent necessitati, et pariter quoque animarum post mortem durationem inciebantur. vid. BRUGKERI Inst. Hist. Philos. pag. 225. et 179. sqq. MOSHEMII Inst. Hist. Chrif. Antiquioris pag. 32. 33. 34. et le Nouv. Test. par BEAUSOIR ET LENFANT Tom. I. Abrege de l'Hist. des Apot. pag. 55. et Tom. II. not. ad ACT. XVII, 18.

f) Ipsum itaque PAVLVM ducem habuit LYTTLETONVS qui nuperrime hanc, veritatem religionis christiana demonstrandi, viam feliciter calcavit in libello, qui secundum versionem germanicam inscribitur *Anmerkungen über die Beklehrung und das Apostel-Amt Pauli zum Beweise von der Wahrheit der christlichen Religion,* in einem Briefe an Hrn. Gilbert West. etc.

g) In confirmationem huius sp̄hi conf. S.V. WAGNER. Betracht. über die Glaubens-Lehren



§. VI.

Quatenus eas edoceantur homines religioni veræ addicti.

Posterioris generis homines meliori de primis pietatis et religionis fundamētis informatione indigentes ii sunt, qui salutarem doctrinam infestis impugnare telis non ausi, et religionis fundamenta negarent de se impetrare quidem nequeunt; verum enim vero quo minus viua ac efficax sua euaderet notitia impediunt, conscientiam aut dormientem omnino habentes, aut eam consopire omni allaborantes studio, adeoque vitam agunt carnaliter securam h). Huiusmodi homines, si conuerterit fidemque in CHRISTVM concipere debeant, viuo quodam intimoque obligationis suæ ad religionem colendam tangi oportere sensu; adeoque non qualemcumque sufficeret de ipsis religionis fundamentis cognitionem: sed ira de iisdem conuincendum esse intellectum, ut voluntatem poit se trahat, vel potius ut hæc lubens ac sponte sequatur, dum firme adeo menti infigatur religionis officium, vt continuo oculis animoque obuersetur, nemo, ut confidimus, negabit. Tali enim deficiente interno conscientia sensu, debiti absunt animi elateres, ad statum suum attento ac sollicito examinandum animo, auxiliumque deinde apud CHRISTVM querendum hominem adacturi. Nec ipsi aduersarii inficias facile ibunt, quin illuc non nihil conducere possit, si doctrinæ de natura et perfectionibus Summi Numinis, gloriola eius maiestate, prouidentia et moderatione totius vniuersi, felicitate in vita æterna obtinenda, ut et infelicitate et grauitate peccarum post mortem, tam accurate ac facunde, tamque variis inculcentur modis, quam duce scriptura sacra fieri potuerit; adeoque tot talibusque demonstrentur argumentis, illustrentur exemplis et comprobentur documentis, quot er qualia sacra nobis exhibent paginæ, et circumstantiarum diuersitates, ad animos commouendos, postulauerint. Nos vicissim damus, quod fieri possit, ut per vite, miraculorum, resurrectionis, immo passionis et mortis CHRISTI considerationem quasi somno expergesiat eiusmodi homo, qui predicas res in ignoratis plane non habet, atque ita ad attentiori posthæc easdem ponderandas cura commoueat, exinde ad religionem exercendam obstrictum se intellecturus. Sine autem earum rerum, quibus religionis innititur necessitas, notitia in subsidium vocata, ex sola mortis, sanguini-

Lebren 2. Stück, §. 8. not. (**) et §. 9. not. (**). Plurima hac de re quoque deprehenduntur monita in IVS. Betracht, über die Geheimnisse passim. vid. præfertim §. 366. Conteratrum tuetur III. Comes a ZINZENDORF, ipsam hominum a notitia veri DEI et religione christiana alienorum conversionem ab instituitione de agno, sanguine et vulneribus incipiendam esse docens, vid. S. V. HOFMANN, Anzeige der Herrnbut. Grund-Jrrth. vom Gesetz und Evangelio. pag. 4.35. 36. Cui etiam suffragatur HOLLAZIVS. vid. Erläuter. der Mess. Relig. pag. 1082. sq. b) conf. S. V. PRAESIDIS Theolog. Moral. §. 54.

sanguinis et vulnerum CHRISTI inspectione hand facile eviquam DEO cultum deberi concludere licet. His utinque concessis et obseruatis in eo vertitur controversiae cardo: num doctori ecclesiae licet, immo num debeat nonnunquam doctrinas omni pietati et religionis exercitio quasi fundamenti loco subiacentes institutionis sue publice vel priuata theme primarium constituere. Cui assertioni annuentes nequaquam affirmamus vel hunc officii sui ultimum sibi proponere ministrum ecclesiae oportere scopum, ut auditores suos ad aliqualem, etiam vel rastum naturalem et philosophicam commoueat pietatem; vel istas doctrinas certo modo ad religionem naturalem referandas, nec palmarium reuelationis argumentum seu *nucleum scripture sacra* efficienes i) pricipium argumentum et caput constituedis esse omnis institutionis, quam per omnem officium sui functionem auditoribus suis impertier k); vel denique in ipsis ipsis doctrinis ex instituto tractandis nullam omnino doctrinæ de CHRISTO, exterritorumque dogmatum proprie euangelicorum inspurgendam esse mentionem l). Hac in re dissentientes habemus aduersarios, theologiam sanguinis et vulnerum, Blut und Wunden-Theologie vnicę ex instituto tractandam dicitantes. Sed vero prædictas doctrinas præ ista de CHRISTO, et præsertim de sanguine et vulneribus eius, non omnino negligendas esse idoneis adhuc potest argumentis. Vitam enim aeternam ipse CHRISTVS prædicat noscere non modo semper ipsum, sed quoque Patrem suum, solum verum DEVUM. Job XVII, 3. Et recte ex his doctrinis ad DEVUM colendum incitamenta de umi demonstrant dicta Job. IV, 24. m) Matth. X, 28. Apoc. IV, 11. Gen. XVII, 1. Hebr. XI, 6. Act. XIV, 15—17. XVII, 24—29. Matth. VI, 13. Rom. I, 25. Ad hæc autem quinque potissimum congrere licet rationes, cur non sint postponenda omnino haec doctrina. Primo enim in libris sacris noui aque ac antiqui foederis evidenter et klarissimis docentur ac confirmantur testimoniis. Hinc concludere licet, eas non inutiles ac superflus esse; quin potius iisdem sicut *omni scripture ad doctrinam, redargutionem, correctionem et disciplinam* uti licet, 2 Tim. III, 16. Secundo incitamentis ad pietatem et religionis exercitium, adeoque etiam ad confessionem, ex redēctione CHRISTI defamandis alia ex hæc doctris accedunt. Quo autem plura adsuunt incitamenta, eo fortius voluntas mouetur.

Igitur

i) vid. S. V. PRAESIDIS *Theos. Theolog.* Part. II. Art. X. §. VIII. QVNSTEDII *Syst. Theol. de Script. Sacra Sect. I. Thes. IV.* S. V. WAGNER. *Betracht. über die Glaubens-Lebren*, 1. St. 2. Betr. §. 16. 17. 220. 221.

k) Vid. S. V. PRAESIDIS *Theolog. Moral.* §. 203. pag. 311.

l) Conf. S. V. PRAESIDIS *Theolog. Bedencken*. 1. Saml. pag. 157. sq.

m) Leatu dignissima sunt, que in hoc dictum de attributis DEI et inde ipsi debito cultu commentatur sepius landatus WAGNER'S 1. c. 2. St. 3. *Betr.* Præsertim hue pertinent, quæ inde a §. 321. usque ad finem differuntur.

Igitur omnibus legitimis rationibus impellentibus, quotquot simul consistere queunt, vt licet. *Tertio* qui naturam ac indolem hominum vel leuiser cognitam habet, non potest non scire non omnes homines iisdem æque moueri rationibus et argumentis; adeoque plures tentandæ sunt viæ, nec quicquam eorum, quæ conducerent, omittere licet. *Af. XX, 20.* *Quarto* tota doctrina de CHRISTO eiusque redēmitione has doctrinas presupponit, adeoque sine iisdem nec recte doceri potest, neque ex eadem ad pietatem fatis solida desumi queunt rationes mouentes; et e contra ex quo pleniori et veriori perspicientia cultus noster diuinus prouenit, eo magis rationalis et firmus est. *Quapropter quinto* fieri vix potest, vt istis doctrinis negligenter habitis, vel plane omissis, duplex evitetur malum. Aut enim hominibus de necessitate et fundamentis religionis male instrutis, præsertim si cæterum sagaciores fuerint, *flutitia et scandalum erit CHRISTVS crucifixus, 1 Cor. I, 23;* unde euenire facile potest, vt eiusmodi homines, nisi doctrinis indicatis fatis præsumantur, dum nec rectum de amore DEI et CHRISTI ex redēmitionis opere elucente iudicium ferre, nec eodem commoueri possint: empæctarum sese adiungant gregi; cuius tristissimi euentus sat frequenta exstant exempla. Aut, hac evitata charybdi, in fanaticismi scyllam incident; cuius rei veritatem ipsi fatis comprobant Herreshutiani. Quo autem magis epidemica hodie videntur duo ista mala, eo sollicitius cauenda sunt, quæcunque alimenta iis præbere possent n).

S. VII.

n) Noxium hunc doctrinarum reuelatarum, de quibus actum est, præ consideratione mortis cruentæ et vulnerum agni neglectum, inter abusus, quibus hodie opnoxia est doctrina euangelii quoque retulit S. V. P R A E S E S in prefatione libello Hollaziano *Lautere Gnaden-Spuren* præmissa, vid. H O L L A Z E N S Säml. Schrift. p. 850. In respotione sua l. c. pag. 864, modicæ, si Diu placet, preter morem siuus studet H O L L A Z I V S , *Auch muß noch etwas inquiens anmerken, darüber mich wundere, Irribümer mag nicht sagen, daß einen Lutherischen Theologo vor kommt, die Lehre von der Versöhnung, von dem Tode, Blute und Wunden des Heilandes, als des Lammes Gottes, werde zu viel getrieben, verdrengt andere Wahrheiten.* Quo autem hoc de Theologo Lutherano mirari definit, attentius inspiciat verba V I R I S V. et deinde conferat *Form. Conc. Sol. Decl.* pag. 716. lin. 7. vsque ad finem, Art. V. pag. 712. lin. 26 sqq. pag. 713. lin. 16 sqq. pag. 709. lin. 3 sqq. Epit. pag. 592. lin. 4 — 8. Artic. *Schmalkald.* pag. 319. lin. 39. *Apol. A. C.* pag. 95. lin. 6. aliqua loca. Cæterum in Virum honorum omnium communis suffragio, de re ciuitatis christianæ nostræque ecclesia optime meritum, maximique nominis Theologum pululanter adeo insulat H O L L A Z I V S in respotione sua modesta, sed fallo sic dicta, vt nemo vel bonis moribus imbus sine indignatione illud animaduerrere poscit. Ut scribendi rationem regulis ciuitatis profusus adversam, quavis pagina obuiam, aliqua insolentia eius documenta raseamus, leuiter

§. VII.

Obiectiones HOLLAZIANAE.

Obiectiones plerique HOLLAZIANAE, quæ huc trahi possent, eiusmodi sunt, ut non minus sequentia attingant; quapropter infra eas discutiendas reseruamus. Hic tamen de iis dispiendum est, quæ hac præcisæ in re opposuit HOLLAZIVS: quæ duo sunt. Alterum est monitum Paulinum i Cor. XI, 26. annunciate mortem Domini donec veniat o). Sed vero ut taceamus adiectionem expresse limitationem: quotiescumque ederitis panem hunc et biberitis poculum hoc, annunciate etc. ita annunciarci oportet mortem CHRISTI, ut eam ipse PAVLV s annunciasse, qui nequam sexcentesimam quavis pagina crucis, fanguinis et vulnerum CHRISTI mentionem iniecit, sed alias salutares doctrinas quoque opportune tractauit. Et cui calculos subducere libitum fuerit, facile reprehendet sepius gloriae et exaltationis CHRISTI, præsertim maiestaticæ resurrectionis eius mentionem fecisse PAVLVM certosque scriptores sacros, quam crucis et vulnerum eiusdem. Alterum quod opponit HOLLAZIVS hoc est: quod doctrina de satisfactione, morte, sanguine et vulneribus seruatoris tanquam agni DEI sit articulus fundamentalis ob inde fluentem iustificationem p). Omnino doctrina de satisfactione et morte CHRISTI est articulus maxime fundamentalis; sed vero cum plures sunt articuli fundamentales, hos plane negligi minime decet q). Sed vero circumstantiam mortis CHRISTI, minime quidem vilipendendam aut impie habendam, de quinque acceptis vulneribus, et præsertim de vulnere lateralí, cuius præ aliis omnibus, quæ de diuino nostro Salvatore maxima prædicari possunt, etiam præ ipsa eius diuinitate me-

mi-

leuiter tantummodo tangenda sunt, quæ ab HOLLAZIO in responsive ista num, VI. pag. 865. 866 et 867. indignissime effutuntur, quibus turpissimum prodit animi habitum, palamque reum sit facit criminum, quæ annotator vel apologeta eius, ipso simillimus, auctori præfationis impudenter opprobrait in nota præfationi, vel ut posthac nominata est appendici adiecta pag. 890. Quo discat qua ratione cum Vivo Celeberrimo agere ipsum deceat, de meliori ipso commendari meretur libellus, quo lucifugi ALBINI cuiusdam SINCERI merito reprehensa est temeritas sub titulo: Vorläufige Antwort auf die neueste ungeschliffene Schrift eines Herrnhuthers wider den Herrn Doct. Baumgarten.

o) Bescheidene Antwort etc. pag. 864.

p) ibid.

q) Hoc contra HOLLAZIVM vrgemus; Herrnhuthiani autem doctrinam de agno, sanguine et vulneribus pro vnico articulo fundamentali fidei christianæ habent. vid. S. V. HOFMANNI Anzeige der Herrnhut. Grund-Jrrth. in der Lebre von der Dreieinigkeit. Cap. 5. §. 2.

minisse Herrnhutianis, et ipse HOLLAZIVS volunt, articulum adeo esse fundamentalem ut per eam potissimum gratiam et iustitiam acquisitas esse putaretur, proptereaque eam potissimum fide spectare, vel potius continuo sibi imaginari, nec non seruato rem non nisi nominibus ex ea desumis insignire ac invocare attineret, non facile idoneis comprobatur rationibus. Certe in scriptura sacra plerumque nominibus appellatur ex maiestate et gloria eius deriuandis. Et ipse CHRISTVS in cruce animam exspirans proclamauit consummatum est, lob. XIX, 30. antequam latus ipsi fuiserit perfossum. vid. com. 34.

§. VIII.

Qua ratione haec doctrina ad legem pertineant.

Quid autem haec ad usum legis demonstrandum faciunt? Non omnino nihil. Primo enim vox legis tam late nonnequam sumitur, ut omnes doctrinas, quae de feedere gratis, et inde originem trahentibus, non agunt, sub lege comprehendantur r. Quod quidem ut fiat necesse est: si diuisio verbi DEI in legem et euangelium pro completa habeatur. Nec huic sententiae magnopere reluctabuntur aduersari, utpote quidquid ad theologiam sanguinis et vulnerum referri nequit, negligenter et susque deque habentes. Deinde hac tractatione iamduum demonstratum dedimus saltem supremam istam legem de DEO colendo, pietateque exercenda ad conuersiōnē promovendam, adeoque pdagogiz loco famus docendam inculcandamque esse, et quidem aliter quam ex sola morte et cruce CHRISTI. Sed ad usum legis pdagogicum proprius adhuc ostendendum accedimus.

§. IX.

Alterum genus doctrinarum cognoscendarum.

Alterum, quod ab homine convertendo cognoscendum requisivimus, erat naturalis suus status respectu ad DEV M et propriam suam destinationem, scilicet vitam aeternam obtinendam, habitu. Postquam secundum antecedentia ad religionem cultumque diuinum obstringi se homo conuictus euaserit: secundum est, ut de vera DEV M colendi ratione addiscenda sollicitus sit. Quum autem aliter DEV M, pro sua conditione homines recte colere nequeant, quam per fidem et ex fide in CHRISTVM: necesse est, ut de omnibus instruatur talis homo, quorum cognitione, ut fidem concipere possit, opus fuerit. Ad insignem ac grandem mentis humanae immutationem ac emendationem, qua bo-

mines

Vid. HÜLSMANNI Praefat. in Libr. Concord. Art. VIII. Sect. III. §. 3. Lex DEV M tanquam conditorem, conservatorem, exactorem obedientia et premiato rem proponit — — Doctrina de persona, diuinitate et essentia filii non minus quam tota doctrina de DEO et SS. Trinitate, nec non de vita aeterna pertinet ad legem euangeli contradictionem.



L E G I S P A E D A G O G I C O . 51

mines convertuntur a tenebris ad lucem et a potestate Satanae ad D E V M ; ^{Ad.}
 XXVI, 18. quæ per fidem in C H R I S T U M perficitur. necessario requiritur
 paenitentia strictiori sensu sumta, agnitione peccati, vna cum inde exortis do-
 lore de peccato et odio eiusdem consistens, ipsamque absoluens a peccato auer-
 sionem s). Etenim tristitia, quæ est secundum D E V M , tanquam quæ respis-
 centiam non paenitendam, ad salutem, operatur, commendatur ^{z Cor. VII, 10. t).}
 Et grauis ad poenitentiam deprehenditur adhortatio post reprehensa vita, quæ
 animum nondum conuersum prodent: Iac. IV, 7. 8. *Sibi hunc igitur vos D E O ,*
obscilite Diabolo, et fugiet a vobis. Appropinquat̄ D E O , et appropinquabit
vobis, purificate manus, vos peccatores, et expiate corda, duplices animo. Sen-
*su erumina tangimini et lugeet et flete: risus vester in lacum conuertatur, et gau-
 dium in mayorum.* Plura loca a que ac exempla poenitentiam probant in libris
 N. T. exstant. Matth. II, 6. V, 4. IX, 12. XI, 28. Luc. IV, 18. VII, 37. 38. XV, 18.
 19. 21. XVIII, 15. XIX, 8. XXIII, 40—43. Ad. II, 37. 38. IX, 9. ii. Non minus
 ipsa res poenitentie, singularumque eius partium necessitatem docet. Primo
 enim fides, quæ altera est conuersio seu poenitentia dñi sumta pars, lu-
 benti recipienda est animo; eiusque si non initium, tamen progressum et in-
 crementum serio homo desiderare ac exoptare deber. His enim solummodo
 medicina applicatur, qui eadem indigere se sentiunt Matth. IX, 12. u). Quam
 ob rem necesse omnino est, ut homō bene perspiciat quam utilis, quamque
 valde opus ipsi fides sit. Igitur tam fidem sibi deesse noscat, quam quoque
 statum suum absque eadem infelicissimum esse et ad interitum ducere. Hoc
 ipsum autem scire nequit, nisi reatus sui coram D E O ob peccata sua conscius
 fuerit; adeoque tam iniqua et mala commissile semper, immo quotidie commis-
 tere intellexerit, quam quoque grauissimam inde sibi contradam nouerit cul-
 pam atque iram in die iræ et revelationis iusti iudicij D E I , qui uniuersi retribui-
 bunt secundum opera ipsius; Rom. II, 5. 6. paratamque sibi sententiam in isto die:
 non noui te, discede a me, qui iniuriant operaris Matth. VII, 23. Hæc au-
 tem cognitio viua esse nequit, quin mœrore animum afficiat, simulque odium
 ac detestationem peccati pariat. Deinde per fidem in regeneratione nouus pro-
 duci-

G 2

- s) conf. S. V. P R A E S I D I S *Theses Theol. Part. II. Art. XV. §. VII. Thef. II. et Theol. Moral*
 §. 68. 69. BROCHM A N D I Syſt. Theol. de Paenit. Cap. I. Sect. I. Q VENSTEDII
 Syſt. Theol. de Paenit. et Confess. Sect. I. Thef. V. Quoque contritio audit. vid. BROCH-
 M A N D I. I. c. Sect. III. Q VENSTED. I. c. Thef. X. et BVDDEI Inſtit. Theol. Dogm.
 lib. 4. cap. 3. §. XXXVIII. pag. 963.
 t) Conf. quæ in h. loc. commentatur Celeb. C A N T I V S in REINBECKS Betracht.
 über die Augsb. Confess. V. Theil. LXI. Betr. §. XII—XVIII.
 u) Conf. §. III.

C A P . III . a D E I V S V

ducitur animi habitus nouaque excitatur vita spiritualis, dominantem mentis versus D E V M inclinationem directionemque, et studium bonorum operum seu actionum legitimarum complectens x). Ex nature vero anima humana scientia constat, quod voluntatis nostra propensione versus duo obiecta inter se inimica et contraria simul, saltem diu, ferri nequeamus; quin potius vnius cupidine debilitetur, immo plane extinguitur alterius desiderium, et e contra alimenta hoc ex alterius odio capiat. Porro eadem nos docet disciplina, nullam rem nos appetere nisi sub specie boni, nec quicquam auersari, nisi sub ratione et specie mali y); nec non, quod ex plenaria de pernicie et damnis, que altera res post se trahit, convictione, multum vita et efficacia accedat rationibus alteram rem, qua omnia ista mala eitantur, commendantibus. Praterea duarum rerum, oppositarum altera utilis cognosci et approbar ne quidem potest, quin altera simul improbetur damnoque esse videatur. Generalia hæc principia vbi de actionibus bonis ac legitimis, et, que hisce opposita sunt, peccatis ac viciis intelliguntur: luculenter satis apparet, quod nouum istum habitum seu vitam spiritualem non modo multum promoueant, sed quoque ad eundem omnino requirantur peccati omniumque cum eo connexorum malorum agnitus et odium. Hæc duo autem sine dolore de peccato et contritione esse nequeunt. Ergo penitentiam, tribus enumeratis partibus constantem necessariam esse, immo quoque vita spirituali ordine saltem priorem esse ha rationes satis demonstrant z).

§. X.

x) vid. S. V. P R A E S I D I S *Theses Theolog. Part. II. Art. VI. §. V. Thes. I. Art. XV. §. VII.* Thes. I. et Art. XVI. §. VI. *Theol. Moral.* §. 68. 70. 72.

y) Qui hac de re conuincit, eum adire oportet Systemata Philosophica, et Physchologiam perspectam sibi reddere; quod si autem longum nimis fuerit: instar omnium esse potest sapient laudatus WAGNERI *Tract. von der Freyheit des Willens.*

z) Difficile dictu est, num H O L L A Z I V S penitentiam hanc admittat necne. Ipse quidem terminos, quibus penitentia eiusque partes exprimi solent, *Erkenntniß der Sünden, Zerknüfung des Hertzens und Reue* adhibet *Mess. Relig.* pag. 978. ea que omnia apud I E S V M et in morte eius querenda esse asserit. Ibidem autem aliisque locis grauter reprobat pedagogiam quandam seu preparationem legalem in nostra ecclesia, vt ille exultimat, visitatam. Quo nomine si penitentiam a nobis descripat indigitatum voluerit, propterea quod legis in eadem efficienda negotium Theologi nostrates tueantur, operam non perdidimus, eius, si modo istis nominibus vocari fas est, necessitatem adfruientes. Sin vero aliud quidquam intellexerit, cum ventis fener pugnare meminerit. Apertius hanc doctrinam aggreditur III. Comes a ZINZENDORF, qui non modo vocabulum germanicum *Büße* tanquam inconueniens et pontificium improbat, quasi nullam aliam admit-



LEGISPAEDAGOGICO. 53

S. X.

Legis circa eas officium.

Necessaria vero adeo hæc poenitentia aliter quam per legis verbum omnino effici nequit. Omnia primo in poenitentia requiritur, ut homo peccata sua agnoscat, h. e. ut peccata commissæ semet intelligat. Hoc ipsum intelligere debent aduersarii, dum dicunt hominem conuertendum debere se ut miserum peccatorum ad CHRISTVM conferre, eique de gratia supplicare: nisi si voces sine sensu proferre voluerint. Nec quidem ipsos abnubatos fore

admitteret significationem præter propriam satisfactionem, sed ipsam quoque rem pro ambagibus haberet et ex economia N. T. exterminatam vult. Aut falem si tale quid daretur: fidem demum et remissionem peccatorum, gratiamque acceptam illud consequi putat. Vid, loca e scriptis Zinzendorfianis verbo tenus transcripta in S. V. H O F M A N N I Anzeige der Herrnb. Grund-Jrrth. in der Lebze vom Ge-setz etc. pag. 72 — 77. 91. sqq. et MEHLING Gründl. Beweisetc. Art. XVII. Objectiones Zinzendorfianas discussas vide præter II. cc. præprimitis S. V. P R A E S I D I S Theol. Bedenk. 4. Saml. pag. 471. sqq. coll. pag. 506. et 1. Saml. pag. 159. Cum itaque Theologi nostrates semper ita poenitentiam, die Buße im engern Verstande, definiant, ut omnis excludatur satisfactionis species, et præterea de vitanda falsa vocis germanica significatione moneant, ut videtur licet præter II. cc., S. V. P R A E S I D I S Theol. Moral. §. 68. Schol. pag. III. et S. V. W A L C H I I Einleit. in die dogmat. Gottesgel. Cap. 20, §. XXXIV. facile diuidicantur verba Christiani cuiusdam Philetebus in Hundert Fragen über D. Hoffmanns Schrift, von den Herrnb. Irrthümern etc. pag. 73. *VVenn man das VVort Buße alleinabl so erklärete, daß es kein Thun und VVerck, sondern nur Seelen-Angst, Schröcken, Betrübniß und Traurigkeit über die Sünde bedeute, und Buße thun so viel heißen sollte, als ein betrübter Sünder seyn: so würde über diesen VVorten eben kein Streit angefangen werden.* Quibus verbis, vt et in sqq. præsertim pag. 74. ne Herrnhurianni ex ipso socii iudicio frustra excusatæ controvertens de voce ita viderentur, Philetebus ite per apertum mendacium, quod vel quolibet Compendium Theologicum redarguit. Theologis nostratis falsum de poenitentia conceptum affigit, quasi per poenitentiam intelligentem, *ein gewisjes Thun, Bußwerck, Bußarbeit.* Contrarium patet ex Aug. Conf. Art. XII. pag. 12. coll. S. V. P R A E S I D I S Erläuterungen etc. pag. 56. Apol. Aug. Conf. pag. 161. 165. lin. 18 — 20. coll. Form. Concord. Sol. Decl. pag. 711. lin. 4. vid. quoque Apol. Aug. Conf. pag. 162. sqq. et Artic. Smalk. pag. 321. sqq. Vnde constat, quod quicquid opertum extenorum, præter dolorem et odium peccati ad poenitentiam ullo modo referatur, ut restituiri damni, confessio, fuga occasionum et incitamentorum peccandi, et externa tristitia signa tantummodo pro effectibus et signis vera et feris poenitentie habeantur, quibus non magis quam poenitentiae ipsi vel minima satisfaciendi virtus adscribitur. Conf. S. V. P R A E S I D I S Theol. Moral. §. 96. pag. 113. 114. QVENSTED. Syst. Theol. de Paenit. et Conf. Sect. I. Thes. IV. not. I. et Thes. XVI. CARPOVII Theol. Revel. Dogm. Tom. II. §. 795. 1qq.

G 3

a) In



fore existimamus, quin minime sufficiat, ut homo quidam *peccasse semet et peccatorem esse* verbis profiteri sciat, aut etiam perfunsum fibi habeat, sed carbonaria quādam fide, vt pote quid per voces illas intelligendum sit ipse nesciens. Quapropter concedat necesse est, hominem conuertendum *primo sci-re* debere quid sint *peccata*, quidque sit *peccator*, deinde vero conceptum peccatoris in se cadere, suasque actiones peccata esse intelligere. *Peccata* vero sunt transgressiones legis *Iob. III, 4.* seu actiones ratione legi diuinæ contraria comparata; et subditus DEI, qui actiones suas ad legem diuinam non compo-nit, seu peccata committit, *peccator* est. Ergo peccata absque lege neque dari neque cogitari possunt, assentiente *PAVLO Rom. IV, 15.* *vbi non est lex ibi nec est transgressio scilicet legis.* Igitur nec sine notitia legis vlla dari potest peccati cognitio; et qui lege solutum se putat, neque peccare se sibi persuadere potest. Vnde simul patet, quod quicquid peccatum indicauerit, ipsam legem doceat. Et si tale quoddam peccati indicium a superiori, vt pote legislatoria potestate predito, profectum fuerit, vera est *lex et legis* publicatio. Nullum huius rei argumentum clarius ac evidentius esse potest effato *PAVLINO Rom. VII, 7.* *Peccatum non horam nisi per legem;* etenim concupiscentiam non noueram nisi lex dixisset non concupisces. Ex contextu satis clarum est, quod hisce verbis vsum quandam et commodum, quod lex præstat, indicare apostolus voluerit. Nam in proxime antecedentibus *com. 1 — 6. coll. Cap. VI, 14. et sqq.* docuit, eum esse liberationis fidelium a lege fructum, ut postquam per fidem iustitiam adepti sint, adeoque non necesse habeant ex lege eandem anxie querre; præterea quoque noua iis suppeditata sint motiva, ad recte agendum, aliunde quam ex meru, seu clara representatione peccatum defusa, ita ut *lege DEI* delectentur *com. 22.* eidemque mente seruant *com. 25.* et voluntatem *DEI* ex animo faciant; *Eph. VI, 6.* et simul sublata sit dominans versus peccata propensio, qua coactio-nem legis causata est, a qua proinde quoque exempti sunt, viribus supernatura-libus ad hæc instruci a): *DEO fructum ferre, et in nouitate spiritus seruire possint, et non in antiquitate literæ, com. 4, 6.* vt quondam *cum in carne essent:* cum

a) In hisce rebus consistit liberatio fidelium a lege, aut legis coactione; non autem in eo, vt nulla amplius præstanda haberent officia et obligacione legis exempti es-sent. *Conf. S. V. P R A E S I D I S. Auslegung des Briefes an die Römer, ad Cap. VI, 14. VII, 4 — 6. Theol. Moral. §. 66. 94.* Hic libertatis status non tam opponitur statui fidelium veteris Testamenti; quasi hi plane non gaudent libertate ista filiorum DEI; certe eius rei nullum in hoc contextu occurrit vestigium: quam potius statui seruitutis irregeneratorum, in carne vivientium; qui status expresse libertati a lege opponitur *com. 5, 6.* Hæc obseruatio multis aduersariorum obiectio-nibus refellendis inferuire potest.

cum ob defectum libertatis istius effectus peccatorum per legem, operabantur, in membris eorum ad fructum ferendum morti. com. 5. Ex his vero male intellectis peti posset obiectio: quod ipsa lex peccatum esset, siquidem ei non minus quam peccato mori oporteret fideles, com. 4. 6. coll. Cap. VI, n. 18. 22; cui obiectioni PAVLVS occurrit com. 7—12. ostendens legem per se utilem esse suumque habere usum, com. 7. licet peccatum seu corruptio naturalis eadem abutatur com. 8—11. Id quod amplius confirmatur tam conclusione com. 12. subiuncta, quam quoque particula aduersativa de. com. 8. Ex ipsa hac intentione quoque colligere licet, PAVLV M heic scemelipsum loco cuiuslibet hominis b); vt et concupiscentiam pro quoquis peccato exempli gratia, et ob maiorem perspicuitatem, nec non certitudinem ex propria cuiuslibet hominis experientia obtinendam, et ad declarandum, qua ratione ex lege proficiuntur peccati cognitio substituisse. Ex pronunciato hoc PAVLI, assuerantis hominem non nisi per legem peccata noscere duas elicimus conclusiones. Prior hæc est: homo peccatorem se agnitus legem sibi latam esse sciat, neceſſe est. Hanc conclusionem satis confirmatam reddidimus rationibus primum in hoc § expositis. Posteriori autem, quod scilicet specialior peccati cognitio, qua quænam actiones, tam in genere, quam quoque earum, quas ipse commisit quisquam aut commissurus est, peccata sint noscit, aliunde quam er penitiori legis notitia prouenire nequeat, vterius adhuc perseguamur.

§. XI.

Speciali earum notitia opus est.

Ad diuinam tristitiam, que resipiscentiam ad salutem operatur, efficiendam non sufficit ut quisquam generatim peccatorem se profiteatur, terminis etiam optime intellectis, immo quoque ut reuera illud persuasum sibi habeat ex eiusmodi scripture sacrae pronuntiatis, qua vniuersalem totius generis humani defensionem ac corruptionem adstruunt, omnes homines peccatores declarando et sub peccato concludendo, Gal III, 22. Talis enim generalis notitia non satis viua ac efficax erit, siquidem non ex proprio et intimo quodam proueniat sensu; adeoque mere symbolica ac mortua manebit ad intuitum vix ac ne vix quidem perducenda, proptereaque nullum serium dolorem, nullumque odium erga peccata prouocans. Attollatur plerorumque hominum exemplum, qui, quorquot saltē revelationem diuinam in ignotis plane non habent, peccatores se se a que ac alios omnes homines profiteri non dubitant; non tamen dolore serio de peccatis suis, tanguntur, neque eadem satis haud fucato prosequuntur odio.

b) Conf. S. V. PRAESIDIS Auslegung des Briefes an die Römer, ad h. I. pag. 409.



odio. Potius communi humana infirmitate pro tegumento flagitiorum plurimi abutuntur. Præterea si ad generalem istam reprehensionem non specialis et propior accesserit peccatorum & que ac officiorum demonstratio: fieri facile potest, vt afflita scripturæ sacræ de omnibus omnino hominibus sub peccato venundatis in dubium vocare; et e contra perfectionem tantam, quanta obtineri et iure requiri possit, somniare quenquam inducat philautia male ordinata. Certe ipsa hæc malorum radix minime permitteret, vt sine accidente specialiori et pleniori legis explicatione, tantum sibi quisquam fingat legis rigorem, quantum reuera, docente verbo D E I, lex diuina habet; aut vt toties et tam grauiter in legem impingere se sibi homo persuadeat, ac quidem lege penitus perspecta, ipse deprehenderet. Si denique autem nullum horum fuerit; quin potius ex generali ista de peccato et de lege diuina notitia oriretur dolor quidam, nec non detestatio quadam: hæc certe sine accuratori legislititia non potest non admodum vagâ esse ac incerta. Vnde cum maximo periculo euenire potest, vt homo iniquitatem certæ cuiusdam actionis non edocetus, eam pro innoxia habeat. Quod præsertim accidere potest immo soler, si subdulius et illecebrosum aliquanto fuerit istud peccatum atque iamdum in id homo propenderit. Atque tunc hominem inescatum ei sui amore constrictum tenebit, proptereaque a poenitentia agenda, et ab amore D E I virtutumque sibi adueriarum eum reuocabit. Ergo explicita peccatorum officiorumque cognitione, adeoque legis scientia opus est, ad veram producendam poenitentiam.

§. XII.

Quod vterius demonstratur.

Præterea ad alia quoque conuersio[n]is et poenitentia[rum] obſtacula removenda multum potest plenior legis diuinae explanatio. Conuersio[n]is et poenitentia[rum] admodum ſepe impedimento est falsa deſſufficientia externa et ciuilis honestatis, aut pietatis naturalis et philosophica, aut etiam celebratio[n]is exteri[us] cultus diuini opinio. Is vero error feliciter tolli nequit niſi ſummum legis exponendo rigorem, eiusmodique commonſtrando officia, quorum naturalis et philosophica pietas minime capax eft, multo minus externa honestas. Huc quoque pertinet, quod de eo, quod fides in C H R I S T V M necessaria et debita ſit, negletus vero eiusdem ſeu incredulitas peccatum ſi mortemque æternam acceleret, nemo efficaciter ſatis conuinci poſſit niſi rigorem legis perſpexerit, multoque alia et grauiflma ſua cum intimo animi ſenſu animaduerterit delicta. Aliud conuersio[n]is et poenitentia[rum] graue est impedimentum erronea de ſtatu gratia: iamdum impetrato, immo vel etiam inde ab initio paſto baptimali conſervato perſuasio. Quæ quidem opinio plane et funditus euelli nequit, niſi is, qui eadem fuerit infectus ex factorum operumque ſuorum ratione intellexerit peccati

ſe

se subesse dominio et peccatum facere, adeoque ex diabolo esse et non ex DEO genitum. *Ioh III, 8. 9.* Hoc autem perpicere nemo potest, qui specialiter legem diuinam officia que sua singula non fuerit edocles. Neque silentio prætersecundum est tertium quoddam impedimentum, legis potissimum doctrina auferendum: quod in eo consistit, ut quisquam mortis sua spiritualis ignarus proprio marte in rectum temer reducere trahatur suscipiat, propriamque emendationem naturalibus suis attentet viribus. Quam inane sint eiusmodi conatus effectuque non possint non carere, satis quidem euincere possunt testimonia scripturae sacrae, que spiritualem hominum, tanquam qui in peccatis mortui sunt, peccatoque mancipati ab eo capiti ducuntur, impotentiam describunt, opisque diuina adstruunt necessitatem. Quæ loca, quatenus diuinum pollicentur auxilium, omnino euangelium continent; quatenus vero aut simul, aut solum naturalem hominum in apertum proferunt corruptionem indeque consequentem miseriam et infelicitatem, equidem latum non afferunt nuncium; atque hoc respectu non male pro legis concione habentur. Quamvis autem iam ratione legis in obstaculo isto removendo pater negotium: alio tamen adhuc modo lex huc conductit. Si enim singula sua officia inique a se neglecta homo secundum legem cognoverit, innumeraque sua animaduerterit delicta: facile exinde dominum, quod peccatum in se exercet sentier; quapropter assertis scripturae sacrae prædictis lubenter, utpote propria experientia internoque quodam sensu convictus plenariam præbebit fidem.

§. XIII
Aliud legis officium.

Primum hoc legis officium, quo non modo generaliter homini peccatorem ipsum esse indicatur, sed quoque specialia communiantrantur officia violata neglectaque, viuaque homo imbuitur specialium delictorum memoria: alterum necessario consequitur eiusdem opus, quo quam detestabilis res sit peccatum aperit. Hoc ubi defuerit, nulla locum inuenit fuga peccati. Qui enim quisquam ratione fugiet et auersabitur, quod auersatione dignum non iudicauerit? Persecurus vero hoc communionibus legis, que ad legem omnino requiruntur, si alias lex ullam obligandi habebit vim, sine qua nequaque lex erit. Legis haec communiones omnem complectuntur malorum, que peccata concordanter, paenarumque omnium, tam damni, quam sensus, denunciationem; sive assertis ea in scriptura sacra fiat verbis, sive ex suppliciorum diuinorum peccatoribus infectorum, iraque diuina in peccata demonstrata exstantibus exemplis, præsertim in scriptura sacra memoria proditis, desumatur. Ipsam vero penarum, tam damni, quam sensus, grauitatem veramque conditionem nec non certitudinem ex beatitudinis in communione DEI obtainendæ, ut et sanctitatis,

iustitiae et maiestatis diuinæ, nostræque ab eius arbitrio dependentiae curatrici consideratione recte demum intelligere licet. Vnde iterum doctrinas, de quibus §. IV.—VII egimus, docendi necessitas, ut et quo pacto legis doctrinæ possint annumerari nouo constat argumento. Per hoc legis negotiorum debita ac necessaria efficitur detestatio peccati, immo odium eiusdem. Nec tunc tristitia et pudor, nec non meritus de peccato atque inde oriundis malis, deesse possunt; ac ita demum peccatorum delictorumque vere poenitet, et quidem eo vehementius, quo plura malorum genera sub peccatis latere animaduertuntur, et quo certius pluribusque illud constituerit argumentis.

§. XIV.

Tertium genus doctrinarum cognoscenderum.

Verum enim vero vt vere fuituris euadat hominis poenitentia, tertium adhuc, quod supra indicauimus, cognoscendum restat: nimur salutis via ratione et ror eluctandi imminentibus malis, quam euangelium aperit et ostendit. Quamquam itaque maximum hic euangelium trahat momentum: nū rāmen nullum plane est legis officium. Primum de lege hoc respectu obseruetur, quod ita illius doctrina euangelio sit temperanda, vt ad apprehendenda, quæ euangelium præmonstrat beneficia et malorum remedia homo commoueatur; adeoque nec in animi induritiem et plenariam indolentiam, nec in desperationem abeat. Deinde ex euangelii coniunctione noua legi enascuntur officia padagogatui eius inservientia. Quorum primum est remotio obstaculi, quod secundo posuimus loco §. XII. Alterum vero, quod peccaris, quæ in omni generis humani statu talia sunt, ratione in antecedentibus descripta detegi et reprehensis, idem quoque circa peccata præster, quæ in cœconomia gratia tantum committi possunt. Hæc enim cum vera sint peccata, non nisi lege de iisdem lata cognita, detegi posunt, et similes quoque sibi annexas habent communiationes, ac reliqua qualibet peccata; et proinde illorum æque ac horum hominem conuertendum poenitere oportet, quo posthac ab iisdem desistere cœdat.

§. XV.

Consensus præceos CHRISTI et Apostolorum.

Ad maiorem hactenus de viu legis padagogico demonstratis conciliandam fidem, exemplum allegamus CHRISTI et Apostolorum, qui eadem usi sunt docendi ratione. In concione montana Matth. V—VII descripta singularia reprehenduntur vitia officiaque inculcantur. Cap. XII. 31—37 culpatur peccatum blasphemia, eiusque grauitas et promerita indicatur poena. Cap. XIX. 1—12. CHRISTVS de coniugio et repudio docet. Com. 6—22. adolescentem perfectum feso somniantem responsione animo interrogantis et temporum rationi accommodata de rigore legis erudit. Totum Cap. XX nihil aliud est, quam le-

gis



gis doctrina. Vide quoque *Luc. XII, 37—54. XIII, 1—9. XIV, 7—14.* Huc quoque pertinet sermo *Petrinus Act. II, 14;* quo IESVM, quem Iudaorum magistratus e medio sustulit, CHRISTVM esse ostenditur: quo peripetia facile intellexerunt auditores maximum commissum fuisse delictum, grauissimamque contractam culpam; propterea que compuncti corde, quid faciendum ipsis esset, ut grauis deleretur reatus, quaesuerunt com. 37. Etiam STEPHANVS oratione sua *Act. VII* descripta vehementer Iudaorum ingratitudinem, duritatem ac impietatem increpat. Vid. præprimis v. 51—53. Fere omissemus grauem IOANNIS, precursoris CHRISTI, orationem, *Matth. III, 8—12 et Luc. III, 1—20* descriptam, qua peccata reprehendendo ad pœnitentiam agendum et CHRISTVM fide amplectendum exhortatur. Luculenter autem præprimis methodus conuertendi Paulina (ut cum ZINZENDORFIO loquamus) elucidicit ex argumento sermonis ad Felicem et Drusillam habiti: *Act. XXIV, 25.* Differentia autem PAVLVS de iustitia et continentia et de futuro iudicio, expafactus est Felix. Non itaque PAVLVS Felicem tantummodo ad agnum deducens legem siccō præteribat pede; sed potius iniustitiam Felicis, quam magnam admodum fuisse testantur rerum gestarum monumenta c), atque incontinentiam eius, in qua eo usque progressus erat, ut trium simul mulierum maritus esset, et Drusillam istam, que una adfuit, a priori ab alienare marito d), reprehendens, vita hac in futuro iudicio punitum iri docuit. Vnum adhuc addamus argumentum ex structura epistole Pauline ad Romanos pædagogicum legis usum vindicaturi e). Thēma huius epistole primarium hoc est: iustificationem per fidem in CHRISTVM, et non ex operibus legis quærendam esse. Quod ut evidentissime constet, demonstratur neque gentiles neque Iudeos per opera legis iustificari *Cap. I, 18. III, 20.* Tota autem demonstratio ita instruitur, ut commonstrentur multa atque gratissima gentilium atque ac Iudaorum peccata, prænära diuina certo superuentura denunciatur: quo exinde colligere possint gentiles ac Iudei peccatores ipsos esse et destituti gloria DEI, atque ideo iustitia aliunde quam ex operibus legis, nimurum ex gratia diuina per fidem, adipiscenda indigere. Ipsi igitur lege PAVLVS vitur, ut homines ad iniustitiam per

H 2

fidem

c) vid. S. V. PRAESIDIS Kirchen-Geschichte 1 Theil, §. 62. Schol. pag. 299.

d) vid. I. c. et le Nouv. Testament etc. ad h. 1.

e) Ipse HOLLAZIVS libellum edidit: *Die Lehr-Art des heiligen Apostels Pauli in seinem Briefe an die Römer, bey iesigen sonderbaren Zeiten und überbäuften Methoden so wohl zum Maister als Prüfstein vorge stellt, qui deprehendit in Sämtl. Schriften pag. 342 sqq.* Ex eo apparet, quod HOLLAZIVS tunc temporis multas doctrinas in ista epistola PAVLI deprehenderit, quas in posterioribus suis scriptis reprobavit. Tanto itaque magis dolendum est, quod ipse ab hoc canone et regula discesserit.

fidem in CHRISTVM, adeoque etiam ipsam fidem, si defuerit, querendam adigeret. Per legem itaque eos ad CHRIS T V M compellit, et hic est ipse ille vius legis paedagogicus, quem adstructum voluimus. Ceterum neque ill. Com. a ZINZENDORF neque HOLLAZIVS hanc epistolam Paulinam pro vere euangelica habere possunt: cum in suis prolixa tractatione mortis CHRISTI tantum duodecim vicibus, sicut in Cap. V, 6. 8. 10. VI, 3. 5. 9. 10. VIII, 34. XIV, 9. 15; sanguinis autem non nisi bis, Cap. III, 25. V, 9; et crucifixionis tantum unica vice indirecte Cap. VI, 6 mentio fiat, ceterum autem de vulneribus et cruciatis nihil omnino legatur, adeoque theologiam sanguinis et vulnerum non quantum satis illi putant, PAULVS tractat.

§. XVI

Objectiones Hollaziane quotuplicis sunt generis.

Quæ hucusque de viu legis paedagogico demonstratis ab HOLLAZIO opponuntur, triplicis sunt generis. Alia controversiam non attingunt, sententiae Theologorum nostrorum aut non aduersa, aut eandem nefarie depravantia. Quorū pertinēt omnia, quibus in neglectum euangeli et doctrinæ de CHRISTO eiusque satisfactione, iustitiam ex legis operibus querendam, et talem paedagogiam legalem, qua peccatores, etiam e somno peccati excitati ad legem remittuntur, et sub eadem diutius detinentur antequam admittantur ad euangelium, et ad CHRISTVM semet recipere illis liceat, inuehitur. Alia nostræ sententie aduersantur, simulque omnem tollunt legis, temporibus N. T. vsum. Alia denique hunc speciationem impugnant legis vium. Prima hic plane omitimus de reliquis quantum satis esse potest dispecturi.

§. XVII.

Obiectio generalis prima.

Objectiones itaque HOLLAZII primo generales sunt, quibus omnem legis vium vult euertere. Huius generis prima est: quod nullibi in libris noui testam̄ vnum deprehendatur de lege annuncienda mandatum: quin potius non nullos absque Apostolorum iussu legem inculcasse, animos fidelium eo ipso conturbantes constet AG. XV, 5. 24 f). Sed si etiam nullum hac de re memoria traditum esset mandatum, immo si ne quidem Apostoli expressum tale quoddam accepissent: implicitè tamen iis iniunctum est, cum vbi euangelium annunciare et homines ad DEVM conuertere iussi sunt, siquidem hoc sine legis doctrina fieri nequeat, vti in antecedentibus demonstratum dedimus; tum vbi legem reuera ex diuina inspiratione docuerunt. Deinde autem expressum ea de re deprehendimus mandatum 1 Tim. V, 20. VI, 1. 2. 17. 2 Tim. IV, 2. Tit. II, 15q. 15. III, 1sqq. Quod denique ad AG. XV, 5. 24 attinet, perpetam hic lex moralis in-

f) *Mess. Relig.* pag. 940. 952.

telligitur. De ritibus enim cultus divini externis exortam esse disceprationem patet ex com. 29 et Cap. XXI, 21 sgg. X, 12, 16, col. Col. II, 16, 17. Locutio ista, seruare legem MOYSIS, non obleruationem legis moralis, ut HOLLAZIVS putat g), indicat: sed talem erga libros Mosiacos obseruantiam, qualem iudicante CHRISTI aduentum debebant. Hos enim absolute obstrinxerunt libri Mosiaci, legesque in iisdem iuste ad unam omnes; christiani autem non ad officium quodam tenentur solummodo propterea quod per MOSEN mandatum sit: nisi ex aliis simul constititer rationibus ad legem moralem ac vniuersalem illud pertinere.

§. XVIII.

Obiectio generalis secunda.

Altera generalis obiectio huc reddit, quod Apostoli vnicce euangelio visi sint, siquidem non fuerint ministri literæ, sed spiritus, 2 Cor. III, 6. h), nec quidquam prater CHRISTVM crucifixum truerint, 1 Cor. II, 2 i); quod præterea quoque patebit ex Rom. I, 16. Act. XIV, 15. 1 Cor. IV, 15. Act. VIII, 5. 25. XI, 20. XVII, 7. 21. 18. 2 Cor. XI, 14. (erit procul dubio com. 4.) Rom. XV, 9. 20. 2 Cor. XI, 7. 1 Cor. IX, 18. 16. 1 Thess. I, 5. II, 2. 4. 8. Phil. I, 7. 2 Tim. I, 8. II, 9. Philem. 13 k). Respondetur i) quod ad 2 Cor. III, 6. attinet, difficilior est ille locus, quam ut eius hic fusciperemus explicationem. Interim tamen ex hoc tenus de legis visu demonstratis, et quoque demonstrandi satis apparet per ministerium literæ hic reprobatum et ministerio spiritus oppositum intelligi nequire talem legis doctrinam, qualem nos asserimus: alias enim ipse CHRISTVS, PAULVS reliquaque Apostoli ministri literæ forent, nec sine tali ministerio litera constare posset spiritus ministerium. 2) Ex 1 Cor. II, 2. colligi nequit legem omitendam esse, et e contra nihil doceri oportere præter cruce, mortem et vulnera CHRISTI, hoc enim consuetudini ipsius PAULI et CHRISTI, aliisque a nobis adductis in contrarium rationibus certissimis repugnaret l). Hoc effatum non opponitur doctrinæ legis, sed doctrinæ sapientiae huius mundi v. 6, seu questionibus inutilibus philosophicis, quas Graci inhabant, vid. Cap. I, 22. 23. 3) Reliqua excita loca nihil amplius probant, quam legatos CHRISTI euangelium (strictissime sumtum) docuisse: de legis autem omissione nihil inibi habetur; nec non, quod aut omnis eorum doctrina euangelium nominata sit, aut euangelium strictissime sumtum præcipue et primo loco docuerint, legem autem secundario, quatenus nimurum euangelio eiusque

H 3

lub-

g) Meff. Relig. pag. 878.

h) ibid. pag. 939.

i) ibid. pag. 956.

k) ibid. pag. 952. sq.

l) conf. S. V. PRÆSIDIS Theolog. Bedenck, 1 Saml. pag. 169. et 4 Saml. pag. 449. 510.

C A P . III . D E A V S V

subseruiret annunciationi prouehendæ. 4) Speciatim obseruerur *pædagogos*, de quibus habetur i Cor. IV, 15, nequaquam esse doctores, qui ante PAVLVM *Corinthis* per legem ad CHRIS TVM conuertere conati fuissent, ut HOLLAZIVS pratendit, sed vero præceptores, qui PAVLVM, a quo primum planata erat ecclesia corinthiaca, secuti sunt, quorum itaque tanquam præceptorum non tanta apud Corinthios deberet esse auctoritas ac PAVLI, a quo primum geniti, seu primum doctrina salutari, vitam spiritualem efficiente, imbuti essent. vid. *Aet. XVIII.* coll. i Cor. III, 6. 10. Posita HOLLAZIVI interpretatione insulsa admodum esset allegoria ab Apostolo exhibita, siquidem Corinthii præceptores haberent, antequam geniti essent. 5) Ex *Aet. XIV.* 15. coll. com 17. clarissime constat: tam PAVLVM non vnicce euangelium stricte aut strictissime sumtum docuisse; quam quoque vocem εὐαγγέλιον latius patere, quam in euangelium etiam sensu Hollaziano sumtum.

§. XIX.

Obiectionis generalis tertia.

Tertia huius generis obiectionis ita instruitur, vt iuxta singulos, quibus in veteri Testamento lex gaudebat, vsus, excepto, qui politicus vocatur, ostendatur legem in novo Testamento sublatam esse, dum eos amplius nec præstare possit nec debeat; euangelium autem e contra eius implere vices tam de singulis vsibus sigillatim, quam quoque generatim effatis nonnullis biblicis demonstretur m). Ut hanc oppositionem recte exponamus et plene resoluamus indicandum est, quod septem legis ante CHRISTI aduentum vsus statutus HOLLAZIVS. *Primus* est, quod Israelitis pædagogis fuerit loco, dum desiderio aduentus Messie apud eos excitando continuandoque inferiuierunt. *Secundus*, quod ministerium litera fuerit peccata detegendo, paenitente denunciando. *Tertius*, quod fidelibus Israëlitarum fuerit norma et regula vite. *Quartus*, quod foederi inter DEVM et populum israeliticum interiuierit. *Quintus*, quod typus et apogramm CHRISTI fuerit. *Sextus*, quod tentamento iis fuerit, num eam feruare, adeoque sine CHRISTO saluari possent. *Septimus* denique, quod externam promoverit honestatem n). Ex hac recensione apparet, quod seprimus vsus Hollazianus idem si cum eo, qui ex mente Theologorum nostris primus numeratur et politicus vocatur; et cum eum in novo quoque Testamento HOLLAZIVS admittat, intactum eum præterimus. *Tertium* vsus Hollazianum quoque Theologi tertium numerant, et didacticum nominant; de hoc itaque *Cap. seq.* speciatim agendum est. *Secundus* et *sextus* vsus Hollaziani vium pædagogicum, in antecedentibus a nobis adstricatum efficiunt;

m) *Mess. Relig.* pag. 926 — 935. 966 — 977.

n) *Mess. Relig.* pag. 916 — 926.

ciunt; igitur argumenta, quibus eos non lege sed evangelio in novo Testamento effici HOLLAZIVS probare conatur, obiectionibus posterioris generis seu specialibus annumeramus §. sq. eadem discussuri. De reliquis in hoc §. agemus. Quod itaque ad dicta scriptura sacra, quibus uno quasi ictu omnem legis usum in novo Testamento prostrernere posse sibi videtur HOLLAZIVS: primo occurrit dictum Eph. I. 9. 10. o), in quo verba: ἀνεψφαλαιώσαθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ interpretatur: omnia in CHRISTO et ex CHRISTO summarim docenda esse p[ro] existimans docendi rationem novo Testamento propriam et accommodatam isto loco tradi. Sed vero alia omnia ibi magis tradi quam docendi methodum satis communstant verba sequentia, quibus proprius designantur, que in CHRISTO summarim, vel in unam summam et sub unum caput sunt recolligenda, scilicet omnia, sive fuerint in celis, sive in terra, que in doctrina nullo trahi possunt modo. Causa sive non satis consuluit HOLLAZIVS exceptione, quod ultima haec verba ad sequentia ἐν αὐτῷ pertineant. Si enim etiam simul capienda sunt omnia haec verba, utique quoque ea omnia cum precedente verbo ἀνεψφαλαιώσαθαι combinari oportet, utpote nullo subsequente verbo, ad quod vel ullo modo possent referri. Adeoque nihil aliud haec verba continere possunt, prater propiorem, quamnam sint ista omnia in CHRISTO in unum colligenda, declarationem. Potius de solemni et viuensli omnium gentium in regnum CHRISTI invitatione omniumque oiu[m] in unam gregem et sub uno pastore, coniunctione, de qua CHRIS I VS praedixit Ioh. X. 16. sermonem esse et scopo totius epistola et e contextu abunde constat. Verbum ἀνεψφαλαιώσαθαι et ἀνεψφαλαιώμενος non modo summarim repetere significat, ut HOLLAZIVS contendit, sed generatim in unum colligere, sub unum caput et unum conceptum generale ac communem reducere. Deinde dictum 2 Tim. I. 13. in suas vocat partes HOLLAZIVS q), existimans verbis ἐν πίστει καὶ δέργαπτη τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησῷ indicari argumentum et contentum τῶν ὑγιανόντων λόγων. Quod si eriam verum fuerit, tantummodo sequeretur fidem et amorem, non tantum in CHRISTVM, sed et in CHRISTO, hoc est, qui operatur in communione et virtute CHRISTI et exinde proficit, erga DEVM et homines, esse pricipuum argumentum et scopum senioris institutionis; adeoque omnem eo dirigendam esse institutionem ut fides et amor excitantur, hoc est, ut homines regenerentur et sanctificantur: non vero agenda

et que

o) Erläuter. der M[iss] Relig. pag. 1003.

p) Quid HOLLAZIVS per id sibi velit, ut omnia, adeoque etiam lex in et ex CHRISTO doceantur, vid. Cap. II. §. XIII, not. u) pag. 39. et eo tantum sensu illud reficitur.

q) Erläuter. der M[iss] Relig. pag. 1004.

æque ac credenda non nisi in et ex CHRISTO vel euangelice docenda esse. Sed naturæ vocula è et ordini constructionique verborum conuenientius ultima commatis verba è πτερι etc. cum verbo ἔχει combinantur, ita ut tam necessarium ac debitum quoddam recte et vera doctrina adiunctum, sine quo illa non multum proderit, quam quoque quoddam formam sanorum verborum accurate retinendi medium: aque ac incitamentum exhibeant. Iuxta hanc interpretationem parallelus, quoad verba, huic est locus 2 Tim. III. 9. Tertius denique, ad quem HOLLAZIVS prouocat, locus huic pertinens est 2 Tim. III. 16. vbi varia utilitates legi alias adscribi solitas euangelio tribui contendit. Per πάσαν γέραφην euangelium esse intelligendum inde constare putat, quod euangelium, non autem lex, ad salutem instruat per fidem in CHRISTVM com. 15. Ultima autem versiculi verba τὴν εἰς διαιστόν interpretatur: aus dem Grunde der Ver-
föhnung, exinde illatus omniem doctrinam, redargutionem, correctionem et disciplinam ex cruenta satisfactione, morte et cruce CHRISTI deriuari oportere, CHRISTVM in cruce simul vnicam pronuncians propriam euangelii do-
ctrinam r). Quam parum autem cum disertis in textu existantibus verbis hac conuenient interpretatio nemo non videt. Inusitati nil est, quod vox γέραφη, vt et γέραφαι, in libris noui foderis ipsum significet lacrum codicem. Adeoque hic significatus in hoc quoque retinendus est loco: maxime cum nec occurrat aliud quidam locus, in quo vox γέραφη euangelium exclusue significaret; præ-
tereaque heic diserte dicatur πάσα γέραφη. Hac enim vniuersalitate aperte statuitur quamlibet scripture sacrae particulam diuinitus esse inspiratam, et vnam-
quamque sua ratione et proportione ad doctrinam, redargutionem et rel. con-
ducere. Hec γέραφη com. 15. i.e. γέραματα vocatur, quæ appellatio signifi-
catione sive aque late patet. Quod enim sacre ha litera ad salutem per fidem in CHRISTVM instruere posse dicantur, minime probat solum per eas in-
telligendum venire euangelium. Adeoque nec sequitur utilitates com. seq. enu-
meratas de euangelio vnicce esse intelligendas. Primo enim in quouis sermonis genere crebro accidit, vt proprietas vel effectus partis cuiusdam toti adscribar-
tur. Adeoque recte in uno eodemque sermone de toto plures enunciari possunt affectiones, quæ proxime tamen diversis eiusdem competenti partibus. Non multo itaque senior est haec huius loci interpretatio Hollaziana, quam vbi quisquam de altero enarrauerit homine, cum cogitare, simulque tres habere vinas in longitudinem, HOLLAZIVS autem hunc in modum eius interpretari vellet sermonem: homo, qui cogitat, hoc est anima hominis (haec enim sola cogi-
tat, minime vero corpus) tres in longitudinem habet vinas, ergo anima tres ha-
bet vinas in longitudinem. Deinde per principii petitionem HOLLAZIVS pre-
struit

r) Meff. Relig. pag. 963 sq. nec non pag. 981.



struit verbum legis non quoque remotiori modo et subordinate ad salutem per fidem in CHRISTVM obtainendam instruere. Contrarium potius, vbi recte hic locus intelligatur, riteque lex et euangelium discriminentur, com. 16. 17. aperte probant. Per τριδεῖαν τὴν ἐν δικαιοσύνῃ non disciplinam, cuius regulæ et præcepta æque ac incitamenta vnice ex iustitia CHRISTI acquisita, aut vel etiam, quod aduersarius potissimum vult, ex sola crucifixione CHRISTI, sanguinis effusione et vulneratione sunt deriuanda; sed disciplinam et institutionem in iustæ et sanctæ vivendi arte intelligi: satis comprobat sequens comma, quo institutionis illius in iustitia, nec non doctrina, redargutionis et correctionis scopus declaratur. Potiori iure κατ' ἀνθρώπον argumentando ipsum hoc dictum in aduersarium nostrum retorquemus. Nam libros antiqui foederis proxime hic intelligi dubitare nos non finit enunciatio, qua inde a pueritia TIMOTHEVS eos nouisse dicitur com. 15. 5). In hisce vero exemplum CHRISTI claramque satis euangelii et doctrinae de cruce et morte CHRISTI expositionem deesset, huiusque defecitus supplendi gratia intextam esse legem ipse HOLLAZIVS concedit ac asserit. Et nihil tamen minus post CHRISTI adventum, adeoque exemplo eius doctrinaque de cruce, sanguine et morte eius in sua claritate suppetentibus, eorum usum TIMOTHEO commendat PAVLVS. Quod itaque licitum legis usum aperte comprobat. Examinatis itaque efas scripturæ sacræ, quibus legis usum in genere omnem destrui, euangelio in eius suspecto locum, HOLLAZIVS arbitratur: nunc de singulis supra enumeratis usibus, et quidem de iis, quorum non commodius infra suscipitur examen, nimirum primo, quarto et quinto sigillatim dispiciemus. A quarto incipiamus, ut pote cui ex parte innituntur, que de reliquis HOLLAZIVS docet. Hunc autem in eo ponit, quod lex fuerit loco tabularum foederis cuiusdam secundarii et peculiaris DEV M inter, bona tantum terrena et secularia repromitentem, populumque Israeliticum t). Fœdus utique cum Israelitis DEVS pepigit; ea autem comparatum non fuit ratione, qua illud HOLLAZIVS describit. Aequem enim late patet ac vniuersa gratiam dispensandi ratio ante ipsam promissi semi-nis exhibitionem inde a liberatione Israelitarum e seruitute, in quam in Aegypto redacti erant, necessaria DEO que sapientissimi de causis probata; immo cum hac coincidit et idem est; adeoque non sola illuc lex pertinebat, verum quoque euangelium, quatenus hoc tunc temporis obtinuit; nec solis confirmatum erat promissionibus terrenis, verum quoque spiritualia et æterna bona sibi annexa habuit. Probatur hoc primo ex conditionibus foederis antea cum Abra-

I

hamo

s) vid. S. V. WAGNERI *Betrachtungen über die Glaubens-Lehren*, 1. St. 2. Betr. §. 4. et le Novv. *Testament* etc. ad h. l.

t) vid. *Mess Relig.* pag. 922 sq.

bam id, ad quas quoque pertinuit promissio de Messia venturo, et speciatim ex eius oriundo posteris, Gen. XVII, 5, coll. Rom. IV, 11. 12. 16, Gal. III, 16. 17, Gen. XXII, 17. 18, et XVII, 21. coll. XXVI, 3. 4. XXVIII, 14. Hoc autem foedus posteriori isti cum populo Israelitico tanquam fundamenti loco substratum erat u). Deinde leges ceremoniales ad hoc foedus pertinuerunt. Exod. XXXIV, 27. XXIV, 4. 7. Ha vero non modo promissionem de futuro expiatoe continebant, sed quoque fidem in eum postulabant. Sapientius enim in libris Mosaicis is indicatur sacrificiorum usus, quod per ea peccata expiarentur. Hanc autem efficaciam, nisi ex et cum fide in promissum Semen peracta fuerint, nequaquam habuerunt, Hebr. X, 4. 5. nec alioquin DEO grata esse potuerunt. Denique ex conditionibus et promissionibus in hoc foedere ab utraque parte reciprocatis idem hoc patet. Ab Israelitis enim postulabatur, ut ex toto corde et ex toto animo suo ad IEHOVAM DEVUM suum se converterent. Deut. XXX, 10. atque ita eum diligenter, cique adhuc reverent. com. 20. VI, 5. Talis autem plenaria mentis versus DEVUM conuersio et inclinatio, intensissimusque DEI amor fidem completebantur promissionibus diuinis de Messia venturo habitam, et sine ea adesse nequiverunt. DEVS autem in vicem spondebat eos ipsi futuros suisse pecunium præ omnibus aliis populis, regnum sacerdotale et gentem sanctam. Exod. XIX, 5. 6. Ipsis autem se DEVUM fore. Deut. XXIX, 13. Quia stipulatio præcipue ad Messiam ex iis oriundum respiciebat, et Abramam reliquisque Patriarchis, ut et populo Israelitico sapientius data erat atque repetita x). Præterea condicuum erat, ut DEVS circumcidet animum eorum ad diligendum IEHOVAM DEVUM suum ex toto corde suo et ex tota anima sua, ut vivent. Deut. XXX, 6. Quod beneficium gratiam converuentem denotat, sine qua homines non magis ante aduentum CHRISTI, quam post eundem boni quidquam perficere potuerunt. Adeoque foedus quod DEVUM cum Israelitis pepigisse in sacris litteris traditur, non mere legale fuit, nec solas habuit bonorum terrestrium sponsiones. Quod vero etiam haec adiecta sint miri quid non est, cum etiam in novo testamento iis gaudeat. 1 Tim. V, 9. Matth. VI, 33, Eph. VI, 2. 3. Foederis itaque huius summa huc redibat, quod Israelites ex sua parte fidem obstrinxerint idolorum cultum se abnuburos fugiturosque fore, et e contra viuo obsecuturos DEO, in promissionibus eius de nascituro semine benedicto spem ponentes, huiusque spei declaranda confirmandæque gratia sedulo se obseruatoros esse mandata de externis ritibus, quibus iste fiducia eorum scopus præfigitur.

u) vid. CARPOVII Theolog. Relig. Dogm. Tom. III, §. 426. 427. 430. Schol. 2.

x) vid. Ier. XXIX, 33, conf. Die heilige Schrift nebst einer vollständigen Erklärung, 3 Theil ad Exod. XIX, 5. 6. Gen. XVII, 9. CARPOV. I. c. §. 384. Schol. 2.

gurabatur, præsertim condonationis delictorum gratiæque diuinæ pignora inde
perentes, ceterum vero sanctimonie et sincero DEI et proximi amori pro vi-
rili studentes; DEVS vero hanc redditum se vicem sponsonerit, vt DEVS
eorum, illisque propitius esse voluerit ob vadimonium sponsoris originem ex
iis ducturi, ob eamque causam bonorum quibus genera iis retributurus. De di-
uturnæ possessionis terra Canaan, eiusque fertilitatis et similitudinib[us] bonorum stipula-
tionibus huic foederi annexis obiter monendum est, non tam singulorum in hac
genti hominum, quam potius integræ gentis, aut maxima et præcipua eius
partis obedientiam earum explicationem præmii loco laturam fuisse. Nam sicut
vbi bonis omnibus affluentissimus fuerit populi Israelitici externus status, non
defuerint impii, ipsi sepius externe felicitatis copia abundantes: ita quoque
dubium non est, quin in summa gentis a vero DEO defectione, adeoque et
iam vbi quam maxime afflita fuerit eius conditio semper superfluerint nonnulli
iusti et religiosi, consolationem Israëlis expectantes, *Luc. II, 25.* quorum ita-
que pietas non suo destituebat præmio, licet non terrena exornata fuerit bea-
titudine. Ex hisce apparet quartum hunc, ex mente HOLLAZII, vñsum legi
ab euangelio diversæ peculiarem non fuisse, cum quoque euangelio innite-
batur hoc foedus; multo autem minus legem tantummodo, quatenus of-
ficia ex economia gratiæ non proprie oriunda imperabat, illuc pertinuisse.
Simul quoque quam male a sublatione huius foederis ad legis antiquationem
argumentatio procedat, facile perspicitur. Sublatum vel potius immuta-
tum est hoc foedus, non vero ex omni sua parte. Prima et præcipua, quam
hoc foedus subiuit vicissitudine inde petenda est, quod nunc non amplius fide re-
spiciendus sit expiator olim aduenturus: sed IESVM CHRISTVM re-
vera exhibitum intueri nos oporteat. Ex hac immutatione altera consequitur:
quod ad leges ceremoniales seruandas non obstringantur recentioris foederis so-
ciū. Inde tertia fluit varietas, que recentius foedus non tantum ad populum
iudaicum restrictum sit, sed ad omnes gentes æqualiter pertineat, *Eph. II, 14 —*
16. vnde nec ulterius obtinere potest speciale promissum de inhabitatione terræ
Canaan, vt pote quod, respectu omnium gentium, cum quibus iustum est recentius
foedus, nihil commodi afferret. Lex autem moralis nullam in foederum
vicissitudine passa est mutationem, eadem enim in nouo foedere retinet officia,
quibus in antiquo iure fungebatur; adeoque a sublatione antiqui foederis ad le-
gis moralis abrogationem vel mutationem nulla valet consequentia. Contra-
rium non firme fatis adstruunt, qua ab HOLLAZIO allegata sunt, argumenta.
Primo ad Hebr. VIII, 13. prouocat y); vbi tamen, quod prius foedus antiquum
dicatur propeque fuisse ut euangesceret, recentique opponatur, non probat
omnia,

omnia, quæ in isto fuerunt, & que esse antiquata ac sublata. Alias enim falso assuerat M O S E S Deut. V, 3. aliud cum ipso iisque, qui vna erant, D E V M pepigisse foedus, quam cum maioribus eorum, siquidem utrisque foederibus commune erat circumcisionis mandatum. Deinde Hebr. VII, 12. 15. allegar z); ex quo tamen loco vnici potest legis ceremonialis abrogatio. Nam com. 12. assertur legem mutari mutato sacerdotio leuitico, quotiam de et super hoc legem accepérat, vel instruētus erat populus com. n. a). Ergo non assuerit sublatio legis, sicut nec sublatum plane est sacerdotium, sed immutatio eius, in iis nempe præceptis, quibus de sacerdotio leuitico rebusque in hoc fundatis statutum erat. Et in seqq. quoque de eadem lege, eodem respectu, quatenus nimirum iuxta eam perficienda erat satisfactio, h. e. de lege ceremoniali, que est lex præcepti carnalis com. 16, sermo continuatur.

Ad quantum usum, quem H O L L A Z I V S legi ante C H R I S T I tempora attribuit, et in eo ponit, quod fuerit apographum et typus C H R I S T I, progedimur. Satis hoc suo asserto prodit se minus recte scire, quid sit typus. Ex omnium communis sententia et consensu constat typos usque res singulares aut facta singularia. Cum itaque lex moralis enunciatis vniuersalibus conser, nec sit res singularis, nisi quatenus, ut voluntas D E I, intra mentem diuinam consistit et est actus volendi perpetuus, quo quidem respectu eam typum C H R I S T I esse, vix ipse dissentiens affirmabit: nullo iure pro typo C H R I S T I habenda est. Ob hanc causam ne ipsa quidem lex ceremonialis, quatenus mandatis constat vniuersaliter enunciatis, typus recte dicitur; sed typos continet, quoniam actiones præscribit, quarum singula typi fuerunt. Hac non obseruata differentia: sensus typicus, qui mysticus est, cum sensu literali inique confunderetur. Quod si vero eodem sensu de lege morali affirmatum voluerit H O L L A Z I V S, eam typos continere, quo idem de lege ceremoniali recte asservatur: sequeretur vnumquamque hominem quotiescumque actionem legitimam olim perpetraverit, C H R I S T V M adumbrasse, quod tamen admitti nequit, nisi quis in typis querendis nimius esse voluerit. Si vero tantummodo in nonnullis solemnis promulgationis Sinaitica circumstantiis typos querere voluerit: non multum obloquemur; modo meminerit ipsam legem a promulgatione sua, et multo magis ab huius circumstantiis esse discriminandam. In contrarium adducit H O L L A Z I V S b) primo loca Hebr. X, 1. Coll. II, 17. que tamen

z) ibid.

a) Conf. B E N G E L Gnom. N. T. ad h. l. ad verba ἵπται αὐτῷ et versificato, nec non le Nouv. Testam. etc. ad h. l.

b) Miss. Relig. pag. 924. sq. coll. 924. et 925. sq. 921.

amplius nihil probant, quam in lege Mosaica typos latuisse, quod de ritibus et ceremoniis verum est, et de his quoque tantum locis cit. affertur, vid. *Hebr. X, 1—6. Col. II, 16.* Deinde opponit *Rom. X, 4.* τέλος per finem, scopum et antiquum vertens. Sed ultima haec significatio idoneis non adstruta est rationibus. Et CHRISTVS alio sensu vere dici potest finis et scopus legis c). Reliqua, qua ab probandum similitudinem et conuenientiam CHRISTVM et legem moralem intercedere ab HOLLAZIO congesta sunt d), partim non demonstrant legem moralem fuisse typum CHRISTI, siquidem ad id non quilibet sufficit conuenientia, partim cum iis conferantur, que de antiquo foedere dicta sunt. Que vero ad efficiendum legem fuisse apographum CHRISTI in medium proferuntur, citius probant CHRISTVM et legem moralem duo esse ex typis unius archetypi scilicet sanctitatis diuinae essentialis, atque tunc in CHRISTO respicienda est sanctitas vita et actionibus externis expressa. Si vero conclusio de CHRISTO, quatenus verus DEVS est, adeoque de sanctitate diuina eius naturae essentiali, intelligatur, concedi potest, salvo tamen legis usu.

De primo iam quoque usu legi ante CHRISTVM natum ab HOLLAZIO attributo, iuxta quem lex fuerit paedagogia specialis populi Iudaici usque ad CHRISTVM, iudicare possumus. Opinata haec legis paedagogia alia est atque usus eiusdem paedagogicus in superioribus a nobis adstrutus. In eo enim ex mente HOLLAZII constitit: quod lex tanquam graue onus et iugum populo Israelitico imposita fuerit, ut CHRISTVM suspiraret eiusque desideraret aduentum, et ne ad instar mundi antediluviani in carnalem incideret securitatem; et hunc viam pro principio et primario habet e). Negari simpliciter et ex omni parte nequit hic legis, etiam moralis usus. Indubium enim est fructum publicationis legis moralis fuisse, quod Israelitae scierint, qua ratione eos verum DEVUM colere oporteret; adeoque simul ea ipsa cautum esse ne aut in humano ingenio confictam religionem aut in idolorum cultum plane abriperentur, sicut ante solemnem legis publicationem crebrae eo spectabant apparitiones. Nec omnino inficias ibimus eo ipso etiam ad aduentum Messiae aliquo respectum fuisse modo. Non enim commode satis fieri potuisse videtur, ut exhiberetur promissum semen, si omnis plane extincta fuisset veri DEI notitia, adeoque etiam promissionum eius memoria. Verum enim vero aequa facile appareret legi peculiarem et proprium non fuisse hunc usum, cuius potius

I 3 *OT 2.11.10 ob min reue-*

e) vid. S. V. P R A E S I D I S Ausleg. des Briefs an die Römer, ad h. 4

d) *Mess. Relig.* pag. 921.

e) *Mess. Relig.* pag. 916, sq. 926, sq. 966, sq.

reuelationi diuinæ, siue legali, siue euangelicæ communem. Et adhucdum hic legis vñus, aut etiam similis quidam obtinet. Nam legis notitia adhucdum cavitur ne vniuersa ciuitas christiana aut carnali securitate et corpore ac socordia spirituali obrepatur, aut falso opprimatur cultu diuino. Præterea quoque opus est ut **CHRISTI** notitia eiusque mémoria posteris continuo tradatur, cui rei ipsa hac ratione lex inseruit; maxime autem de eo prospéculum est beneficia verbi diuini in genere, adeoque etiam legis, in literas relati, diuinæque huius scriptæ reuelationis conseruatione. Deinde nec multum refragabimur, quia fieri potuerit, ut ex legis moralis, reatusque delictorum contra eandem consideratione, desiderium quoddam apud fideles ante **CHRISTVM** natum exoriretur, ita ut cito expletum iri promissionem de futuro expiatore valde optaret, maxime in fiducia sua confirmationem et incrementum. Vbi vero assevererit **HOLLAZIVS** desiderium Messiae ideo apud Israelitas, per degem moralém excitandam fuisse, quod per aduentum Messiae a lege morali tanquam graui iugo, minus alioquin necessariò liberatum iri sperare potuissent: omnino principii petitionem committit. Potius tale desiderium effectus fuit legis ceremonialis, ad cuius quoque principales fines et scopos pertinuit. Desiderium autem aduentus Messiae per legem moralē prouocatum principalis eius esse nequivuit finis, quia ipso hoc desiderio nullam aliam ob causam opus erat, quam ob obligationem, qua lex moralis eos obstrinxit, et reatum ex peccatis contra hanc legem exortum. Neque hoc desiderium Messiae per quodcunque demum efficiebatur medium, a solis requirebatur Israelitas, sed per eos ad reliquas quoque gentes propagandum erat f); adeoque paedagogia ista populo Israelitico propria omnino et peculiaris non fuit. Ergo paedagogia legi moralis ab **HOLLAZIO** adscripta neque eidem ex omni parte competebat, neque quatenus in eam cadit ipsi peculiaris fuit, neque in folios Israelitas se exserere debuit, neque omnino sublata est, atque nec omni respectu pro vñu et scopo eius principali et primario haberi potest. Adeoque nec ab eius sublatione, quatenus ob ipsam rerum naturam locum pariter non amplius inuenit, ipsius legis inferri potest abrogatio. Inter rationes, quas a sua parte stare **HOLLAZIVS** putat, prima ex **Gal. III, 23—25.** IV, 2. petitur. Quibus tamen locis religionis habitum, vel cultus diuini rationem, temporibus aduentum Messiae antegressis accommodatum et proprium intelligi, cuius norma et præscriptum in lege, h. e. in libris Mosaicis traditur, proprium autem characterem, quo a modo **DEVM** colendi post promissionum de **CHRISTO** expletionem tenendo differebat, lex ceremonialis consti-

f) Conf. hac de re REINBECK. Betracht. über die Augs. Conf. III. Thal. XXXIX. Betr. §. XXXIV. sqq. XXXIX. sqq. LI. sqq.

L E G I S P A E D A G O G I C O . 3

constituebat, qui propterea iure *lex* vocari potest: tam ex occasione et scopo huius epistolæ constat g), quam quoque ex *Cap. IV, 3. 10. V, 2. 6.* Alteram rationem ex *2 Cor. III, 9.* petit, vbi per vocem *Klarheit*, qua in versione germanica δόξα redditur, *perspicuitatem* intelligens (cum tamen **LVTHERVM** vocem *Klarheit* pro splendore sumissæ aperte ex *com. 7.* appareret) inde infert ministerium noui testamenti et iustitiae rectæ et sine ambagiis et legali preparatione et manuductione ad **CHRISTVM** ducere h). Sed vero posita etiam interpretatione vocis δόξης per *perspicuitatem*, quam tamen significationem nunquam hæc vox habuit, tamen non probat legis moralis eiusque pædagogia sublationem. Nam neque in veteri testamento vias agnoscimus ambages; quin potius etiam tunc recta ad **CHRISTVM**, sed in fasciis et typis querendum, deducebantur homines. Certe lex moralis per nullas eos duxit ambages, eius enim, respectu singulorum hominum, officium erat efficere, ut tanto lubentius et alacrius ad **CHRISTVM**, seu Messiam futurum, sacrificiis et aliis ritibus præfiguratum confugerent. Speciatim pædagogia, de qua hic sermo est, non ad singulos homines, in eorum conuerione, sed ad uniuersum populum pertinuit. Et talem pædagogiam, certe similem etiam in nouo testamento locum invenire iamdum monuimus, nullis tamen admissois ambagiis. Adeoque hæc ratio nihil contra nos probat. Ali quanto maioris momenti videtur quarta ratio a *Luc. XVI, 16.* desumpta i). Sed vero *lex* hic non legem moralem significat, sed libros Mosaicos, ut videre licet ex oppositione *Prophetarum*. Usus autem legis et *Prophetarum*, qui desuisse dicitur, coll. *Matth. XI, 13.* omnino ad pædagogiam, de qua iam sermo est, pertinuit; non autem quisvis alias librorum veteris testamenti, qui heic legis et *Prophetarum* nomine insigniuntur, usus post tempora 10 ANNIS negatur; multo minus legis moralis assertur abrogatio, ut pote quam non in libris Mosaicis solum, sed quoque in tabulis noui fœderis æque deprehendimus. Simil autem hoc effatum probat pædagogiam sepius dictam non sola lege, sed quoque vaticiniis *Prophetarum*, que euangelici erant argumenti, et quidem proxime præstitum fuisse. Reliqua, quæ in hac causa adduxit **HOLLAZIVS** testimonia scilicet *Iob. I, 17. Epb. II, 5. k)* nihil omnino probant; in priori enim loco ne verbum quidem de sublatione legis habetur; in posteriori autem ipsa verba satis aperte legem ceremonialem designuant.

Ex-

g) vid. le Nouv. Testament etc. Preface sur l'Epître aux Galates §. IV. V. HEIDEG-
GERI Enchirid. Biblic. libr. III. Cap. XI. §. III.

h) *Meff. Relig.* pag 927.

i) *ibid.*

k) *Meff. Relig.* 1. c.

Expeditis itaque difficultatibus, quas usui legis in novo testamento generatim obiicit **HOLLAZIVS**, antequam ulterius progredimur par obseruationum adiicimus. Primo ex adductis rationibus **HOLLAZII** contrariis in suo de sublatione legis ususque eiusdem defendendo errore commode ipsi subuenire confusionem legis moralis cum ceremoniali supra indicatam 1) appetet. Eius enim ope in legem moralem trahere posse sibi videtur, que de ceremoniali in sacris literis dicta sunt. Deinde ex oppositionum adductarum nonnullis haud obscure videtur ac si nonnquam omni sua de abrogatione legis eiusque usus assertione nihil amplius sibi vellet **HOLLAZIVS**, quam legis doctrinam, vel, ut ipsi loqui liber, morale legis, ex libris Mosaicis, aut etiam antiqui foederis, verbisque et argumentis inde petitis, proponi ac confirmari non oportere. Certe nonnullae adductae rationes, si vel omnia concessa fuerint, que vlo modo postulari possent, nihil amplius essicerent. Hec vero si fuerit **HOLLAZII** sententia, non tam circa ipsam legem moralem, vtpote que in libris noui testamenti aequa euidenter ac in antiqui foederis codicibus traditur, quam potius circa argumenta et probandi rationem controversia versaretur; simul autem nos affirmatiuam, adhibita tamen aliqua cautione et restrictione, tueremur sententiam, preter alias rationes ad Matth. V, 17 — 19. 21. 27. sqq. XXII, 37 — 46. Luc. X, 27. 28. Rom. XIII, 8 — 10. Eph. VI, 2. 3. Iac. II, 10. u. 1 Petr. I, 17. prouocaturi.

§. XIX.

Prima obiectionis specialis solutio.

Specialibus aduersarii rationibus, quibus usum legis paedagogicum a nobis adstruendum deicere posse sibi videtur, examinandis nos accingimus, insimul de usu secundo et sexto, quos ante C H R I S T V M natum legem habuisse **HOLLAZIVS** concedit, vtpote hoc pertinentibus, acturi. Prima huius classis obiection ex satisfactione CHRISTI eiusque perfectissima petitur pensione debitique nostri solutione, dum inde infurter peccatores nullo amplius teneri debito m), nec iis annunciadam esse condemnationem lege dictatam n), in confirmationem adductis locis 2 Cor. III. coll. com. 97. Coll. II, 14. o). Ad hanc respondemus: 1) Falso **HOLLAZIVS** asserit, aut vel etiam tanquam verum praefruit, homines in œconomia gratiæ, siue in veteri siue in novo testamento per vicariam CHRISTI satisfactionem officio legem diuinam obseruandi, hoc est, actionibus legitimis

1) Cap. II, §. XI.

m) Erläuterung der Mess. Relig. pag. 1003. Wir können jetzt das Gesetz nicht als eine Schuldforderung lehren, denn Christus hat bezahlt. vid. quoque Mess. Relig. pag. 972.

n) Mess. Relig. pag. 947.

o) L c. pag. 928.

gitimis et moraliter bonis, et speciatim quidem iis, quæ non in sola œconomia gratiæ et ob eius instaurationem tales sunt, solitos esse exemosque; propter eaque nullo modo legis comminationes, seu denunciations poenarum, et speciatim earum, quæ etiam extra œconomiam gratiæ cum officiorum neglegitu connexa sunt eos attingere, legemque adeo moralem abrogatam esse. Contrarium enim in superioribus satis adstruxisse nobis videtur p.). 2) Quæ proprius et determinatus ad hanc causam faciunt, supra dictis hic adiūcimus, officia qua homines integros, et quoque reatu obnoxios, nullo dato expiatore obstrinxissent, eadem omnino etiam post idem fœdus gratiæ debita esse, ut supra euicimus; circa poenarum autem denunciations seu comminationes legis aliquam obtinere quidem diueritatem, quæ tamen tantum abest ut usum legis padagogicum tolleret, ut eam potius confirmet ac adstruat. Nimirum aeternæ mortis et condemnationis comminatione eos non attingit, qui et quatenus in IESU CHRISTO per fidem sunt, quoniam peccata eorum, si eidem non fide exciderint, venialia sunt, et actu secundo damnationem non inferunt. Irregentorum autem non est hoc priuilegium. Fide enim CHRISTI meritum non apprehendentibus nulla liberationis a damnatione, remissionis peccatorum et iustificationis a CHRISTO acquitæ obuenit portio. *Iis enim solummodo nulla est condemnatio, qui in IESU CHRISTO sunt. Rom. VIII, 1.* Qui vero non credit in filium, super eum manet ira DEI. *Iob. III, 36.* Et propter eiusmodi flagitia, qualia enarrantur, *Eph. V, 3. 4. 5.* ira DEI venit super filios incredulitatis com. 6. conf. quoque *Rom. I, 18. 32.* coll. com. 29 — 31. II, 2. 8. q. Ergo recte et vero conuenienter peccatoribus nondum conuersis ira diuina ob peccata eorum quævis poenarum feracissima idenunciatur, quo ad CHRISTVM confugiant. Ergo liberatio fidelium a condemnatione legis non tollit usum legis padagogicum, sed eius euincit utilitatem et necessitatem, maxime cum ne quidem pro noui Testamenti prærogativa haberi possit; nihil enim magis fides ante CHRISTVM defuncti ob peccata infirmitatis aut involuntaria actu dannati sunt. 3) Quod ad 2 Cor. III, 11. attinet: ministerium veteris Testamenti ibi abolitum dicitur, cuius proprium essentiale erat lex ceremonialis: adeoque quoad hanc potissimum abolitum est, usum legis moralis etiam in ministerio noui Testamenti retento. Vocatur autem litera, vel ministerium litteræ in oppositione ad spiritum, quatenus ut ex mera lege constans consideratur, nullo ad diuinam et supernaturalem vim et euangelicam, quam sibi adiunctam habuit, significationem habito respectu, conf. *Iob. VI, 36.* q.). Et hoc

K

re-

p) Cap. I, §. XII. XIII. et sqq. coll. §. VI. et II.

q) vid. S. V. PRAESIDIS Ausleg. des Briefs Pauli an die Römer ad Cap. II, 27. pag. 199. ad com. 20. pag. 203. et ad Cap. VII, 6. pag. 407 sq.

respectu recte afferitur, quod *occidat*, et quod sit *moris et condemnationis ministerium* r). Ergo ex abolitione ministerii veteris Testamenti, titulusque eiusdem, praedictis respectibus considerati, non nimis honorificis ad legis moralis sublationem eiusque licitum despectum nullo iure concluditur. 4) Dictum Coll. II, 14. nullum satis firmum suppedit argumentum, si vel etiam lex moralis ibi intellecta fuerit, ut HOLLAZIVS contendit. Nulla enim alia tunc intelligi posset ille locus ratione, si non aliis apertissime repugnaret scripturæ sacræ effatis, quam CHRISTVM morte sua peccatorum promeruisse remissionem, sed tantum credentibus in ipsum Act. II, 38 XIII, 38 39. Quo nequam tolleretur peccarum denunciatio non credentibus impertienda. Verum enim vero ne moralem quidem hoc loco significari legem, sed potius ceremoniam, satis demonstrant tam verba τοῖς δόγμασι, coll. Eph. II, 15. quam quoque com. 16. 17. nec non com. 8. coll. Gal IV, 3 et com. 11. Quas autem in contrarium adducit HOLLAZIVS rationes s), nihil valent. Altera enim, quod lex ceremonialis non aduersus gentiles fuerit, vt pote solos spectans Israëlitas, rem non tangit: cum neque hoc in textu isto afferatur. Sub voce enim ἵψεις Iudei hic comprehenduntur, in oppositione ad ἵψεις, hoc est, gentiles, ut clare monstrat com. 13. nec non 11 et 16, sicut alibi quoque duæ hæc sibi inuicem cum hoc discrimine opponuntur denominationes, e. g. Eph I, 4—12. 13 II, 1 fqq 5. u, 13 14. Altera vero ratio, qua neque aduersum Iudeos fuisse legem ceremonialem assertur, falsa omnino est. Ut enim ritus et ceremonia cultus leuitici, et praesertim sacrificia ex una parte euangelium visibilemerito audire possunt: ex altera tamen parte peccata eorumque reatum et penas promeritis conspicendas exhibuerunt, proptereaque in iis dicitur fuisse annua peccatorum commemoratio, Hebr. X, 3. t).

§. XX.

Secondæ obiectionis specialis solutio.

Altera huius ordinis obiectione a legis moralis ad effectus ad usum eius pædagogicum referri solitos præstandum insufficientia ac ineptitudine deriuatur. Singulare omnem hanc obiectionem efficientia momenta sequentia sunt. 1) Quod cognitio peccatorum e lege oriunda nimis angusta sit, cum et multa peccata e. g. ebrietas, temulentia, superbia et rel. non proprie et diserte in ea reprehendantur, alia vero non nisi per longiorem indagationem ex ea eruantur u), et peccata in œconomiam gratia et contra euangelium a lege plane non notentur

r) Conf. le Nouv. Testament etc. ad 2 Cor. III, 6—9. 11.

s) Mess. Relig. pag. 920.

t) Conf. que obseruavit M. R. KRAFT in Theolog. Biblioth. Tom. II. pag. 459.

u) Mess. Relig. pag. 938.

tur x), præfertim autem incredulitatis peccatum, quod peccatum præcipuum et præ reliquis damnable est, ita ut etiam per se damnaret; absentibus licet aliis peccatis et fontem ac radicem omnium reliquorum constitutæ peccatorum, iisque proprie det, ut mala veraque sint peccata y). 2) Quod propter id ipsum lex non satis conterat corda, cum infelicitatem statumque peccaminosum et impium extra CHRISTVM eiusque sanguinem non denudet z). 3) Quin potius tantum contrarios et noxios habeat effectus, quales describuntur Rom. IV, 15. VII, 5. Luc. XVIII, n. 21. Rom. VII, 10. prætereaque a DEO deterreat, atque aut desperationem aut fucaram et tantum exterrim pariat emendationem a). 4) Quod tracio patris non fiat per legem, quia hæc non est testimonium de filio; nec vsquam exstet Spiritum Sanctum per eam conuertere b). Ad hæc sequentia regerimus: 1) Mirum omnino est, quod HOLLAZIVS peccata noscat, etiam legi contraria, assunta eius inter peccata contra legem et non contra legem distinctione, quæ tamen lege non prohibita sunt. Ex nostra sententia peccatum lege non prohibitum est concepsus falsus, semetipsum destruens. Qui enim ebrietatem, incredulitatem, aut aliud quocunque vitium peccatum esse nouerit, eo ipso lege illud esse prohibitum intelligit. Dum nonnulla peccata in lege diserte prohibita non esse, aut non nisi post longiorem indagationem ex eadem erui posse assertur HOLLAZIVS, per legis vocem non ipsam doctrinam, de qua tamen portissimum controversia agitur, sed loca aut verba scripture sacra, legem continentia intelligat, necesse est. Atque tunc amplius nihil sequitur, quam totam legem non disertis et conceptis reuelatam esse verbis. Id quod nostræ causa non multum nocebit, siquidem etiam quæ per bonam consequentiam ex scriptura sacra de officiis et peccatis eruuntur legi annumeramus, prætereaque legem quoque habemus naturalem. Ceterum ex hoc asserto apparet HOLLAZIVM existimare legem nullibi in scripture sacra, præterquam in libris Mosaicis, aut vel etiam tantummodo Exod. XX, 1—17. et Deut. V, 12—27. esse reuelatam. Enumerata enim ab ipso peccata non modo toties in libris noui Testamenti expressis reprehenduntur verbis, vt ipsum HOLLAZIVM latere nequeat: verum quoque in libris antiqui foederis explicitam in eadem deprehendimus animaduersiōnem Prov. XX, 1. XXIII, 20. 21. 29—35. XV, 25. Hab. V, 15. Iuxta nostrum de lege conceptum, rationibus satis, vt nobis quidem videtur, idoneis superstrūctum omnino lex etiam peccata in oeconomiam gratiæ, incre-

K 2

duli-

x) *ibid.* et pag. 978.y) *I. c.* pag. 965. *Erläuter. der Mess. Relig.* pag. 1050.z) *Erläuterung der Mess. Relig.* pag. 1080.a) *Mess. Relig.* pag. 941. 967 et 938 sq.b) *I. c.* pag. 938 et 939.

dulitatemque ipsam reprehendit. Nam quotiescumque actiones quedam in scriptura sacra vituperantur, arguantur, aut vel tantummodo peccata pronuntiantur, tories lex habetur. Legem vero HOLLAZIANO sumtam sensu, quo quidem in ista non animaduertit peccata, ad poenitentiam efficiendam sufficere, quidem non dixerimus. Infidelitatem peccatum esse præcipuum et proprie damnabile, si vel finalis illa consideratur, recte quidem assertur, quoniam nimis hæc est ratio determinans et proxima reprobationis, aliaque peccata auctu non damnant vbi ea non adfuerit c). De infidelitate autem in genere pariter affirmari nequit. Id vero falsum omnino est, quod infidelitas in se spectata, quatenus defectum et absentiam fidei denotat, sola ob suam naturam damnaret, si vel etiam nulla alia adesse peccata. Tunc enim certe de hominibus in statu integro et de bonis angelis actum esset. Potius infidelitas non damnat, immo nec peccatum est, praterquam apud creaturas ob alia peccata diuino obnoxias reatu, quibus expiator datus est. Reliqua quæ de infidelitate adstruit aduersarius, talia sunt, ut perfectam inferant regenitorum impeccabilitatem, si quidem apud eos infidelitas, adeoque fons et radix omnium reliquorum sublata est peccatorum; ergo eorum per se univocaque appetit falsitas. 2) Si lex, genuino sensu sumta, corda non satis conterit, nunquam ea satis conteruntur. Quicquid enim contritionem et dolorem ob peccata efficit eatenus legem inculcat. Si vero hoc de lege sensu HOLLAZIANO intelligitur, non multum refragabimur, modo contendentes illud non satis eius evincere inutilitatem. Omnis infelicitas, qua hominem quatenus extra CHRISTVM est, premis, ex peccatis granique eorum culpa ortum trahit; adeoque, nisi lege cognita, non animaduertitur. 3) Enumerati omnes noxiæ legis effectus tantummodo ex illegitima et spuria proueniunt lege vrendi ratione, aut ex insufficientia eiusdem notitia, vbi aut euangelii non satis admisceretur doctrina, aut non eius rigor satis exponitur. Rom. IV, 15. particula exclusiva, cui potissimum innicitur HOLLAZIVS in textu graco non conficitur. Nec eodem omnino iure in versione germanica hoc loco inserta est, quo illud Cap. III, 28. factum est d), quamvis si vel etiam

c) De infidelitate tantum finali adstruuntur ista in QYENSTEDII System. Theol. de morte eterna Sccl. I. Thes. XXX et not. II. conf. de Prædestinatione Sccl. I. Thes. LXVI. CARPOVII Theolog. Reat. Dogm. Tom. II. §. 1504. 1469.

d) Dum hæc scribimus, nobis assertur nouissima pars Nouæ Bibliothecæ Theologice Ven. DNI KRAFT, scilicet Neuæ und dreyfigles Stück, vbi sub num. II reperficiuntur scripturae quoddam: Diatribæ, qua de origine peruersæ sentiendi licentie, et inde in religionem redundantis detruenti ea Bibliorum versione D. Martini Lutheri non repetenda differit Iob. Nicol. Hambach, V.M. C. Guelpherbyti 1740. in 4to. Inde comperimus auctorem istius tractatus non dubitare versionem Bibliorum Dani-

etiam ita supplenda esset, non tamen errori Hollaziano velificaret, per priorem

Danicam inter versiones numerare ex Germanica LUTHERI mere confessas eidemque longe inferiores. Hoc eius assertum M. R. KRAFT in recensione sua pag. 793 hisce exponit verbis: *Einstige* (puta versiones Bibliorum alias præter istam LUTHERI) *sind lange so gut nicht, als Luthers seine.* *Es müßten durch die Uebersetzungen vor Luther, und durch die, so nach dessen Dokumentation gemacht, als die Dänische und Schwedische noch mehr Freygelehr geworden seyn etc.* *Andere sind gewißer massen besser, oder haben doch die Fehler nicht, die man an Laiern ansiezt, z. B. die Englisiche und neue Holländische.* Iuxta cum ignarissimis ignorare videmus HAMBACHIVM Danos plures habere Bibliorum lacrorum versiones, aut saltem versionem Danicam pluribus vicibus nouis curis revisant et iuxta textus originales emendatam esse. Si enim tantummodo antiquissimam illam versionem Danicam statim post reformationem regnum Dania et Norvegia auctoritate CHRISTIANI III. glorioſissima memoris anno MDL primum prodeuntem intellectam voluerit, ipſum fugere non posset scilicet prorsus esse, quo contra aduersarium suum vitetur, argumentum a versione Danica cum paucioribus in Dania, qua DEI est grātia, insurgentibus religionis hostibus comparata petunt. Nequē tunc versionem Danicam simpliciter nominare posset: quod vbi sit, intelligi oportet versionem, qua hodie communissima est, et vulgi etiam teritur manibus. Id quod de ista non valer, vptore cuius tam prima p̄dicta editio, quam quoque altera, cura Glorioſissimi FRIDERICI II circa annum MDLXXXVII in lucem emissa inter libros rariorū pertinent. Sciat itaque HAMBACHIVS, et qui cum eo rerum proxime extra Germania terminos, publica licet auctoritate, gestarum aquæ fuerit imperius, in Bibliis Danicis recudendis non variantibus antiquioris cuiusdam versionis lectionibus colligendis diligendisque operam esse impensam, sed ut RESENTI et SVANINGI curas taceamus, etiam post hosce viros plus via vice plurium Doctissimorum Virorum communi studio id actum est, ut interpretationem Bibliorum Sacrorum Dani haberent omnem vim et sensum fontium exhaustuentem, qua textus originales ita pressis sequeretur vestigiis, ut simul perspicuitas nec non linguae vernacula puritas obtinerentur. Cum itaque viri, qui istam in se suscepérunt curam, aut quibus etiam auctoritate REGIA commissa erat propriis oculis videre potuerunt et voluerunt, immo debuerunt, cum summa erga eosdem iniuria versio Danica nil nisi Germanica LUTHERI in sermonem Danicum interpretatio, aut ex ista confessa dicitur. Ex argumēto hoc externo prona consequentia colligat quilibet, necesse est, qui cerebrum habet, si vel etiam recentiorem Danicam et Germanicam LUTHERI inter se contendere non valuerit, istam facile huic paliam præripere posse, vbi modo præter præcellissimam virorum, quorum opera perfecta est versio Danica, eruditior et egregia merita orbi eruditio notissima, insignis cogitauerit studii exegeticī inde a LUTHERI temporibus usque ad annum huius seculi XXXVII, quo nouissime emendata; quam adhuc integrum habent Dani, Bibliorum versio prodit, incrementa, nec non diligentissimum isti negotio magis et recentius in Dania, quam in illo alio regno, impensum studium, ut et quam facile sit ea saltem expungere virtus, et defectus cauere, quibus Germani-

rem nostram responsum. 4) Tractionem Patris ad Filium, vbi de conuersione
intelli-

cam non nihil laborare iamdum drectum fuit. Non extollemus hic versionem
Danicam recentiorem pro eo, ac meretur, cum laudibus nostris fidem faciendo lo-
cus non sufficiat. Quo tamen leuisculo comprobemus documentum, in eorum gra-
tiam, qui rem nouissimam ignorant, ex textibus originalibus et non ex germanica
LUTHERI eam conditam esse, citamus loca, de quibus diximus Rom. III, 28.
IV, 15, quibus in locis neque in editione anni MDCCXXXII, quam ad manum
habemus, cuius verio tam non ultimam experta est limam, neque in emen-
datori et recentissima versione, quam edit. MDCCXL quoque ad manum habe-
mus, particula exclusiva deprehenditur, versioni Germanicae LUTHERI inserta.
Non virtuperamus admodum has in re versionem Germanicam; modo argumenta-
mur, si leuiores versionis Germanicae a textu originali vitatae sunt aberrations,
multo magis grauiores et notabiliores, cautos esse eiusdem defectus. Cum negare
aulius non sit HAMBACHIVS, quin verio Anglicana putat, credimus, nouis-
simam vulgo Biblia Regia, Kings-Bible nominatam, quod tamen cur additum
non sit, cum de Belgica sollicite sit notatum nouissimam indigari, non vide-
mus Germanica sit preferenda, forsan quod meruerit, ut illius concium suorum imponi sibi pateretur, si eam quoque Germanica longe inferiorem pronun-
ciauerit: otium nobis summis, versionem Danicam, Germanicam et Anglicanam aliquot locis studio inter se comparandi, atque ita parem ex omni parte, si
cum non maiorem deprehendimus discrepantiam versionem Danicam inter et Germani-
camicam, ac inter hanc et Anglicanam. In tribus prioribus e. g. capitibus epistole
ad Ephesios, non attempsi diuerditibus pluribus, que ut mere grammaticales
sunt, nec quicquam demere nec addere vise sunt, earum solum calicum ineun-
tes, quibus auterior sensus exprimitur, aut emphasis textus Graeci plenus ex-
haeritur, arque ex quibus simul interpres Danos textum originali securos
esse, non vero Germanicam in sermonem Danicum transfundere in animo habuisse
incurvilibet ad oculum patet, Danica et Germanicae XXXIII ineunimus diuerditates,
et quarum XVIII sunt, in quibus Anglicanam Danica consentientem habet. An-
glicana a Germanica differentias XXXII omnino deprehendimus. Loca X sunt,
in quibus omnes tres inter se discrepant. Per consequens in V locis Danica dif-
fert a Germanica, Anglicana cum hac consentiente, et IV sunt loca, in quibus
res vice versa se haber. Similiter in Evangelii Luca Cap. I. differentiae versionis
Danica a Germanica XXXV sunt, inter quas XXIV Anglicana cum Danica
commune sunt. Omnes autem Anglicana a Germanica discrepantiae XXXI
numerantur. In VIII autem locis nulla alteri plane affentitur. Hinc in IIII lo-
cis Danica a Germanica differt, Anglicana vero non, nullus vero locus contraria
se haber ratione. In collatione hac inservienda Danica versione nouissima, vti
par erat, vbi sumus, edit. MDCCXL, Germanica Cansteiniana et Anglicana im-
presso Londini MDCXXIX. Qui similem committere voluerit collationem
sisteri cogetur, Danicam ipsi Anglicana hanc parum praestare, vbi in locis, qui
aut Danica et Anglicana dissentiant, Germanica aut terram tuente sententiam,
aut istarum alterutri affentientur, Danicam plerumque optimas sequi partes obser-
vaverit. Quilibet itaque vider, quam aut male fidei sit HAMBACHIVS, aut
quod

intelligitur, non remotius etiam fieri per legem, est principii petitio. Saltem *Iob. VI. 44.* non existat per solum testimonium de filio suo patrem ad eum trahere. Quod nullibi conceptis verbis dicitur Spiritus Sanctus per legem convertere nihil omnino probat. Suffici enim aliis rationibus ex scriptura sacra constare legem esse quoddam conuersionis medium. Concedimus simul euangelium proprius in conuersionem perficiendam insluere.

§. XXI.

Ad tertiam specialem obiectionem respondetur.

Tertia obiectione ex euangelio ad paenitentiam sufficienti efficacia desumitur. In eo hæc euangelii efficacia ponitur, quod incredulitatem damnet et redarguat e), simulque in hac reliqua omnia peccata, quarum vñteriori non opus est reprehensione; si modo ea fructus esse incredulitatis indicatum fuerit f); ex incredulitate omnem deriuet culpam, infelicitatem et miseriam g); praesertim autem peccata eorumque grauitatem et poenas promeritas peccatoribus ob oculos ponat. Saluatorem cruce suspensum ostendendo, et ita vere eos conterat h); neque lege tentamenti loco opus sit, siquidem euangelium continuo nobis fucclamat per legem saluari aut iustificari, aut etiam legem seruire nos nequire i).

Potius, quia hisce opponenda habemus, sequentia sunt: 1) Non euangelium proprium, sed lex incredulitatem dāmna et redarguit. 2) Incredulitas satis redargui et reprehendi nequit, nisi doctrina adhibitis, quam ipse HOLLATZVS pro lege habet. Primo enim nemo incredulitatem in CHRISTVM peccatum esse recte satis intelligit, nisi suam erga D E V M perspectam habuerit obligationem. Deinde nemo incredulitatis coargui et concinci potest, ipsem et

quod potius videtur, quam hospes sit in notitia versionum Bibliorum Danicarum, simulque quāta sit eius temeritas, cum de re ipsi plane ignota audacter pronunciare, haud erubescit, vnicę distamen fecutus præconcepte infusus cuiusdam opinionis, qua mentibus nonnullorum ita firme insider, vt si lexcenties arque lexcenties quibusvis falsa proberetur documentis, euelli tamen nequeat, immo eam expellat furca, tamē visque recurret.

Vt itaque iniuria isti versionis Bibliorum Danicae culpationi nos opponeremus, non modo patriæ debuisse nobis vii sumus, sed quoque existimationi et laudi promerita Virorum Doctissimorum, quos operam et oleum perdidisse adeo leuitas effuritur, et maxime nunquam satis depradicandae cura, quam pro versione Bibliorum vernacula ad purissimos textrus originalis fontes quam proxime accedenti condenda semper gesserunt Gloriosissimi Dania et Noruegia REGES.

e) *Mess. Relig.* pag. 981. 915.f) *I. c.* pag. 965. 963. 968. *Erlauter. der Mess. Relig.* pag. 1060. — 1065.g) vid. *Il. proxime cit.*h) *Erlaut. der Mess. Relig.* pag. 1074 sq. *Mess. Relig.* pag. 979. 968.i) *Mess. Relig.* pag. 934 sq. coll. pag. 926.

contrarium in persuasis sibi habens, nisi ex operibus carnis, quæ perpetrat non secundum spiritum se ambulare conuictus fuerit. Adeoque facta sua mala esse et carnis opera e lege edoceatur quilibet, necesse est, proptereaque proprior specialium opus est peccatorum reprehensione. 3) Ipsa infidelitas non ultima est infelicitatis infidelibus imminentis ratio. Si enim reatus non adeset corruptione naturali aliquis peccatis contractus, fidei defecitus non noceret. Ergo noxia infidelitatis conditio non recte perspicitur reliquis peccatis eorumque reatu et pœnis ignoratis. 4) Passio, mors et crucifixus CHRISTI evidenter gravitatem peccatorum iramque diuinam luculentem demonstrant exemplo: eatenus autem non sunt concilio euangelii, sed legis et MOSIS doctrina, ut libri symbolici loquuntur k). Quenam vero actiones peccata sint, ex passionis et mortis CHRISTI consideratione, nemo intelligit, nisi infinita rerum connexiones perspicendi facultate fuerit prædictus: adeoque ad pœnitentiam perficiendam ea non sufficit. Immo si legis diuina et peccatorum accuratior et penitior ex aliis rationibus et argumentis cognitio non accederit, variis modis eludi potest argumentum ex passionē et morte CHRISTI defunatum, teste Socinianorum exemplo, qui corruptionem naturalem nec non essentialē DEI iustitiam vindicatiū negantes, passioni autem et morti CHRISTI longe alias tribuentē utilitates quam satisfactionem pro peccatis; magnum peccatorum reatum, gravitatemque pœnarum exinde colligere posse haud facile sibi videbuntur. 5) Numquam quidem in id lex data est, ut homines ex composto eius eo animo temarent impletionem, ut, num per eam salvari possent, compertum sibi redderent: de contrario tamen lex hominem optime conuincere potest: quod qua ratione fiat, sicut et extera, quæ heic respondenda essent, supra diximus l).

§. XXII.

Item ad quartam.

Quartam denique rationem, quam usum legis pædagogicum impugnatur adduxit NOLAZIVS, ex eiusmodi petit factis ac euentibus in scriptura sacra commemoratis, ex quibus Apostolos in conversione hominum adiuuanda lege usos non fuisse patescere putat; huc referens quod Corinthis per euangelium gentilis sine Cor. IV, 15. et Cor. III, 3; quod Spiritus Sanctus in gentiles illatus sit sine lege; Ad. X, 44. m) et quod PETRVS statim eunuchum de CHRISTO eruditur haud a lege incipiens n). Nullum vero horum id probat, cuius probandi gratia allegata sunt. Nam i) Cor. IV, 15. euangelium strictissime dictum fuisse caput doctrinae, per quam Corinthis ad fidem in CHRISTVM

PAV.

k) *Forin. Concord. Epit.* pag. 594. lin. 2. 3. et *Sol. Decl.* pag. 713. lin. 1. sqq.

l) vid. supr. §. XI.

m) *Mess. Relig.* pag. 939.

n) I. c. pag. 953.



PATRVLVS adduxerat, proptereaque eam totam euangelii insigniri nomine tantummodo probat. De hoc tanto minus dubitare licet, cum per paedagogos, quorum ibidem sit mentio non doctores legis, ut HOLLAZIVM existimare supra vidimus, intelliguntur; adeoque verba, διὰ τὴν εὐαγγελίαν non exhibeant notam quandam distinctiūam, sed potius declaratiūam, quo iure, quoque sensu filios eos. PATRVLVS nominet com. 14. declarantem. 2) Locum 2 Cor. III, 3. allegans HOLLAZIVS sine dubio verba respicit ἐπέλαντις ἐπέλαντις λαθίνας etc. metonymice de lege morali eadem intelligens, ac si hic locus sibi veller conuersionem Corinthiorum non per legem esse perfectam. Sed vero ipsa verba, si sensum conuenientem parient, non admittunt ut ita intelligantur; neque de medio conuersione Corinthiorum ibi quidquam queri oportet, potius enim indicatur, cuius generis literæ commendatitiae Corinthii fuerint. Verba ἐπέλαντις ad declarandam, qua Apostolus vritur, allegoriam adhibentur, atque indicant, Corinthios non esse tales literas commendatarias, atramento exaratas, quales aliae et propria sunt literæ commendatariae; sed idem eos Apostolo præstare commodum, quia per eius ministerium, per Spiritum Sanctum a CHRISTO conuersi sunt: ac verae præstant literæ commendatitiae, etiam ab ipso CHRISTO datae. Verbis ἐπέλαντις λαθίνας alluditur ad tabulas, quibus Decalogus ab ipso DEO, modo miraculoſo inscriptus erat, quæ propterea fidem MOST apud Iraelitas conciliare valuerunt; et negatur, Corinthios tales esse literas in fidem datas, ductibus visibilibus confignatas. Verba ἐπέλαντις λαθίνας σαργάνις idem significant, quod ἐπ ταῖς παρεδίαις ἡμῶν com. 2. 3) Quod ad Cornelium attinet eiusque domesticos, de quibus Ag. X, 44, illi neque legem ignorarunt, neque impoenites fuerunt, com. 1. 2. 3. 30. 35. Pratera ab extraordinaria et miraculoſa hac conuersione ad ordinariam quamicunque non vndique tuta predit argumentatio. 4) Eadem fere de eunocho quoque valent Ag. VIII, 36. coll. com. 27. Saltem ex confessione eius com. 37. edita: credo, IESVM CHRISTVM esse filium DEI, appetat non vnicē doctrinam de cruce, morte et sanguine CHRISTI eum nuncium diuinum edocuisse.

CAPVT QVARTVM.

DE

NECESSARIO VSV LEGIS DIDACTICO.

§. I.

Quid tertius seu didacticus legis usus sit.

Ad vsum, quem regenit lex præstat, qui communissime tertius numeratur, considerandum accedimus. Cum homines regeniti per fidem et ex hac prouenientem vitam spiritualem nouumque habitum, gratiam diuinam

B C A P. IV. D E V S V

diuinam, iustitiam in iudicio DEI, vniōnem cum DEO, adoptionem in filios DEI, atque certissimam iustissimamque vite eterna spem et reliqua bona spiritualia adepti sunt: nihil amplius habent, quod desiderant, quam ut tantorum honorum cause, hoc est, fides, vita spiritualis nouisque habitus conservantur atque adaugeantur. Quicquid itaque ad horum continuationem et augmentum, que *sanctificationis* et *renovationis* nomine veniunt, lex conducere valet, id omne tertium hunc eius usum, *didacticum* seu *normativum* vocatum absoluunt.

§. II.

Necessitas bonorum operum regenitorum demonstratur.

Ex supremo decretorum omnium atque operum diuinorum, rerum contingentium, cunctarumque earum circumstantiarum et mutationum scopo et fine, nempe gloria DEI promouenda ac manifestanda facile evinci potest per totum conuersionis negotium nullam aliam intendi producendam, conservandam augendamque fidem, quam quæ actionum legitimarum seu moraliter, quantum maxime fieri potuerit, bonarum esse potest causa ratioque determinans, adeoque quæ bonorum operum est feracissima. Actiones enim moraliter bona splendidissima sunt mundi, tanquam operis a summo perfectissimoque Numine profecti ornamenta, tanto artifice digna; aliorum, quibus *opera manuum Domini* condecorantur, bonorum largissimi sunt fontes; iis, si recte fuerint comparatae, cultus DEI absolutur, et denique ab infinita DEI sanctitate summaque omnis boni cupidine maxime et proxime cupiuntur. Sed vero huius rei demonstrationi explicatus euoluenda breuitatis causa supersedemus: maxime cum e doctrine christiana institutionibus vnicuique constare possit, fidem mortuum nihil prodesse, ibidemque ex scriptura sacra tradatur omnia diuina beneficia spiritualia eo tendere ac dirigi, ut sancti et perfecti homines evadant, *ad omne bonum opus perfecte instruisti 2 Tim. III, 17. o).* Ergo bona moralia homini regenito necessaria sunt necessitate consequentiae, ita ut vere regenitus non sit, saltem quæ regenitus non agat, qui non, quam prima data occasione bonum morale decernit et quoque exsequitur, immo etiam occasionem studiose querit. Dum autem porro hominum plurimum interstet fides et quem sibi annexum haber, nouus et supernaturalis legitimus habitus vsque ad vite finem continent; omnis autem habitus non creicens decrebet; exercitio autem incrementa capiat, quo neglecto, imminuitur et situm ac aruginem quasi trahit: homini regenito necessarium est necessitate morali bonis moralibus operam nauare.

Ad

o) vid. S. V. P R A E S I D I S *Theses Theolog.* Part. II. Art. IX. §. II. pag. 237. BVD
DEI Insti^t. Theol. Dogm. libr. 4. cap. 5. §. XVIII.



Ad hæc gloriae in vita æterna gradus, exachissima suadente DEI iustitia, pro diuersa in studio boni prestita fidelitate et diligentia distribuuntur, præmiaque sunt reæ perpetratorum. Ergo regenito bonis moralibus studendum est, quo tanto illucriorem in altera vita obtineat locum. Ob eas ipsas causas necessum est ut mala moralia studiosissime fugiat. Cum autem lex diuina omnia imperet bona moralia, oppositis malis cunctis prohibitis: homini regenito triplici indicata necessitate necessarium est ea, que legis sunt, facere, seu legem diuinam pro virili implere. Triplex autem hæc ad legis obseruationem adstricatio in generali obligatione supra p) exposita partim continetur, partim eidem, tanquam fundamento innititur.

§. III.

Bona opera sine legis notitia perpetrari nequunt.

Vt vero huic suo officio regenitus satisfacere possit, ipsi non modo utilis sed' vero plene necessaria est legis notitia, eiusque consideratio et memoria. Adeoque lex magnum respectu hominis regeniti habet usum. Rationes, quibus hoc lex conducit, unam post alteram enarrabimus. Nulla actio bonitate moraliter vere er per se gauder, quæ non per libertatem decernitur, et libere committitur. Tunc autem deinceps actio per libertatem determinatur, vbi ob claram ac distinctam bonitatem, aquitatis ac decentie illius cognitionem eam quisquam eligit, reprobat eius opposito ob contrariam eius conditionem. De omissionibus et commissionibus hoc æque valet. Vt itaque regenitus idem facere possit, necesse ipsi est, ut quenam speciatim actiones moraliter bona vel mala sint, sciat, quo istas eligere has vero possit reprobare. Si vero ea pollet cognitione, legem diuinam perspectam habet. Quapropter nemo rite conueritus esse potest, qui legalis compos factus non fuerit illuminationis, utpote cuius post collatam uitam spiritualem amplissimus ac maxime necessarius ei faciendus est usus. Non minus appetit ampliori et maiori istius generis notitiae, quibusunque quam optimè fieri potuerit modis, acquirendæ studere hominem regenitum oportere: siquidem cuiuscunq; rei non nisi successive apud homines exoriantur plenior cognitio, eaque ab omni parte semper finita limitibusque circumscripta incrementorum continuo capax sit, immo indiget. Praesertim eo dirigendum est hoc studium, vt de pluribus specialibus actionibus ex pluribus et certioribus constet rationibus et argumentis, moraliter eas bonas esse, dignasque quæ elegantur; de oppositis autem, mala eadem esse, proptereaque fugienda. Hunc autem potissimum habet fructum, vt tanto plures actiones tanto sint meliores, adeoque tanto maiorem prodant fidem et reæ agendi habitum, eundemque simul tanto

L 3. in.

p) Cap. I. §. II. III. XII.—XIV.



insignius augeant, tantoque amplior *in celo coaceretur thesaurus.* Matth. VI, 20. Cum autem ea peritia aliunde plenior, adæquator, verior et certior non hauriatur, quam ex diuina voluntatis in sacris literis muneri nobis concessa revelatione, ex qua quoque omne ad salutares cognoscendum doctrinas mentis nostræ illuminationis initium proficiscitur: porro quoque purissimum hunc possimum adire fontem oportet; quamvis nec improbanda sint, quin potius laudem mereantur eorum studia, qui profunda in lege diuina latenti sapientia ex actionum ipsarum natura et conditione, rerumque sece excipientium nexus indagandæ operam impendunt. Ergo in id primum regenit prodebet legis notitia, ut eorum actiones veram obtineant bonitatem moralem.

§. IV.

Sine legis notitia regeniti DEO seruire nequeunt.

Inter omnes rationes mouentes, ex quibus si actio bona decernitur, honestas moralis ei accedit, nulla nobilior et dignior est ea, qua a voluntate DEI et Domini nostri IESV CHRISTI desumitur, nullaque, quam haec, formosiorum actioni parit moralitatis speciem, aut clarius splendere facit bona nostra opera coram hominibus, ut bi patrem nostrum caelestem glorificant. Matth. V, 16. Neminem autem rectum quid eo animo, ut alterius obsequatur voluntati, committere posse, nisi alteri illud gratum fore eu[i]usque responsum esse voluntati ac desiderio nouerit, res ipsa loquitur. Ergo nec fideles actionibus suis voluntati DEI et CHRISTI obsequi velle possunt, nisi DEVUM et CHRISTVM quicquam ab ipsis postulare, et quid illud sit, perfectum habuerint. Qui hoc autem nouerit, is legem DEI et CHRISTI cognitam habet. Alia autem quam per legem intelligi nequit ratione. Ergo legis notitia regenit opus est, ut DEO possint seruire. Is enim alteri seruit, qui temetipsum actionesque suas ad alterius voluntatem et nutum, tanquam normam et regulam obligantem, quam itaque nolcere debet, studiose componit. Regenitos autem non modo DEO et CHRISTO seruire debere, sed quoque illud inter praecipuas referendum esse rationes, actiones eorum quaecunque maxime fortissime que determinantes, clarissime euincunt multa ista loca, quibus fideles DEO et CHRISTO seruire dicuntur ac iubentur, Rom. VI, 18 VII, 6, 23, XIV, 18. Eph. VI, 7. Col. III, 24. 1 Theff. I, 9. et serui DEI et CHRISTI vocantur, 1 Cor. VII, 22. Eph. VI, 6. 1 Petr. II, 16. Apoc. II, 20. VII, 3. XIX, 5. XXII, 3. Huc quoque spectant longe plurima loca, quibus DEVS, et præprimitis CHRISTVS Dominus noster vocatur, quo nomine hic omnium frequentissime in libris noui foederis insignitur.

§. V.

§. V.

Lex regenitis officia ipsorum commonstrat; quod cum noua eorum indole et directione Spiritus Sancti non pugnat.

Hæc legis cognoscendæ necessitas minime cum natura noui habitus et vita spiritualis, qua a D E O genitis inest, aut cum inhabitazione et directione Spiritus Sancti, qua ciues C H R I S T I fruuntur pugnat. Diuina enim hæc beneficia ita minime concipere decet, vt per ea hominum tollatur libertas, cum potius eo tendant, vt liberum arbitrium in spiritualibus, quod in hominibus irregenitatis desideratur, iterum restituatur ac adiuuetur. Adeoque in eo ponendum est noui habitus in regeneratione productus, vt per libertatem suam homo efficaciter decernere atque exsequi possit, quicquid moraliter bonum vel voluntati ac legi diuinæ consentaneum cognoverit. In regeneratione itaque vires naturales ad bonum peragendum sufficietes conferuntur, quarum tamen exercitium et vius in libertate ac arbitrio ipsius hominis positus est. Quo itaque sciatur homo viribus idoneis instructus, qua ratione rite eas collocare ipsum oporteat: ex lege edocetas esse debet quid D E O gratum sit, quidque propterea faciendum aut fugiendum. Deficiente enim hæc cognitione aut ob incertam et dubiam conscientiam ab operositate spirituali et exercitio boni detinebitur, atque nec a peccatis contra conscientiam dubiam satis sibi cauere valebit, ac proinde vel angoribus conscientie discrucibatur, vel orio et socordia spirituali se tradet, simulque ad incuriam animumque irreligiosum delapis carnis, eiusque locum faciet cupiditatibus; aut ex erronea conscientia ἐργάζεται eligit, atque commenatio cultui diuino incumbens, non modo vere bona omittit, maxime ob eadem dissuadens naturale omnis boni fastidium, sed quoque eiusmodi operam impendet negotiis, que vt legi diuinæ non congruentia sua non destituunt noxa, ac non modo vitam spiritualem non augent ac nutritiunt, sed quoque vanitate sua et iniqua condicione eidem aduerterunt atque eam opprimunt. Hisce quidem malis obicem ponit atque medetur D E V S per benigna sua inhabitazione et gratiosa operatione, et præsertim Spiritus Sanctus officio suo pædætico. Fit autem hoc porrissimum laudarem legis procurando promouendoque cognitionem q). Hæc itaque non tollunt legis necessarium vnum, sed potius eam eius confirmant utilitatem, quam officia commonstrando et edocendo praefat.

L. 3 §. VI.

vid. S. V. P R A E S I D I S *Thef. Theolog. part. I. art. VII. thef. I. II. part. II. art. IX. thef. I. Theolog. Moral. §. 88.*

§. VI.

Lex regenitis de peccatis cauet.

Cum vita spiritualis exercitium et virium diuinitus collatarum vhus hominis subsint arbitrio: ita ut apud ipsum stet vrum bona peragendo vteriora vita nouæ præbere velit alimenta, an vero peccata sequi, atque ita nouum hominem extenuare velit; præterea adsit continuo malorum radix, originalis scilicet concupiscentia; nec reliqui hostes spirituales homini regenito negotium facessere atque malorum obiicere illecebras desinat: exinde apparet hominem regenitum non extra labendi positum esse periculum. Ergo continuo ipsi opus est, vt a peccatis diligenter et studiose sibi caueat. Ergo primo peccata a bonis et legitimis actionibus internoscere sciat, necesse est: quo ista fugere possit, ne ex ignorantia, aut vel etiam ex conscientia, sed erronea peccet; qualia peccata minime innoxia sunt, sed vii sunt fructus ignorantie et tenebrarum, qua nobis insunt, ita quoque in se iniusta atque DEO improbata sunt, et veterem hominem, qui exvendus esse subigendusque, potius nutritum et diabolo locum faciunt. Quapropter PAVLVS a vita in vanitate mentis transacta dehortatur, Eph. IV, 17. et ad ambulandum ad instar filiorum tuos, explorando quid Domino placeat, sicut sapientes intelligentesque que sit voluntas Domini adhortatur, Eph. V, 8. 10. 15. 17. et exercitatos commendat sensus ad discretionem boni et mali, Hebr. V, 14. Talis autem notitia non nisi ex lege recte petitur, vt pote cuius est officium vii officia et bona opera commonistrare, ita quoque virtus ac peccata detegere ac arguere. Aut potius talis cognitione nihil est præter legis notitiam. Deinde requiritur vt turpem peccati faciem noscat et quasi viuis depictam coloribz ante oculos habeat, adeoque venenum in eo latens, pestemque, quam infert, viua reuoluat memoria: quo fastidium naufragie peccati eum capere possit, et præfertim vt fucos, quos ipsi faciunt deceptrices suæ cupiditates et reliqui hostes spirituales, detegat, inescantique eorum speciei resistere valeat. Hac vero scientia sola quoque lex eum imbuere potest; immo ipsa cognitione legis absoluatur. Lex enim est, quicquid peccata arguit, adeoque eorum offendit damna et dedecora, siue ea, quæ peccata semper et in omni statu secum ferunt, siue ea, quibus tantummodo in gratia economia nocent, et speciatim quoque, quæ solis regenitis, qua talibus propriæ sunt extimescenda. Posteriora peccata redarguendi argumenta lex quidem ab euangelio, quasi mutuo petat: sola tamen hunc in finem iis vritatur; vel potius hic eorum vius per se et sua natura legis est doctrina et expostio. Quod autem etiam prioribus apud regenitos cum fructu uti liceat, inde apparet, quod primo cum rei veritate consentiant; deinde vero iis commo-
diffi-



dissime resistatur vehementioribus ad peccandum illecebris, eorumque succurratur infirmatati, qui ob intalefcientem vim cupiditatum carnis prioribus fatis commoueri nesciunt, cum propterea parum abest, quin de spiritu victoriam caro reportet.

§. VII.

Lex pœnitentiam quotidianam sicutium promovet.

Regeniti non modo in continuo versantur labendi periculo, sed quoque saepius multis modis a recto aberrant tramite, variisque impingunt peccatis. Quae nisi rite fuerint deleta noxiique eorum sublati effectus: aliorum multorum erunt radix et scaturigo, nouoque homini pernicioſa immo lethifera euident. Euitatur autem hoc malum, si consensu in peccata datus reuocatur eadem improbando damnandoque, adeoque eorum pœnitit, culpa coram DEO agnoscurit simulque meriti CHRISTI renouatur apprehensio vna cum certo proposito idem illud aut simile non amplius commitendi facinus. Testamur admonitiones ad purificandum semetipsum ab inquinamento carnis et spiritus; 2 Cor. VII, 1. crucifigendum mortificandumque carnem cum affectibus et cupiditatibus; Gal. V, 24. Col. III, 5. et exuendum veterem hominem Eph. IV, 22. que tam unum post alterum depöndendum abolendumque esse peccarum, cum in instanti non perficiatur sanctificatio; quam quoque ab hominibus scientibus volentibusque illud fieri oportere evidenter probant. Vnde nemo non concludat, necesse est, homini regenito, ut quotidianam agere possit pœnitentiam necessum esse ut peccata sua agnoscat, non solum generaliter sed etiam specialiter singularia, quantum sieri potuerit, sua delicia eorumque animaduertens reatum. Cui conclusioni evidenter suffragantur loca Job, I, 8. 9. 10. Iac. IV, 16. Qua autem ratione lex, et quidem sola hanc præstare possit cognitionem ex superiori reperendum est paragrapho. Adeoque legem ad quotidianam vnicuique regenitorum in hac vita necessariam pœnitentiam vtilem esse, immo omnino requiri apertum est.

§. VIII.

Regeniti e lege solatium baurire possunt.

Alii adhuc restant legis apud regenitos vtilitates, quibus consolationiis esse potest, conscientiam dirigendo tam concomitantem quam consequentem; ut taceamus, quod conscientiam antecedentem rite informando sapientiam externam regenitorum felicitatem promovere, aut saltenti a damnis incolumes eos præstare possit. Fieri enim potest ut media suppetant iusta et legitima, ne dicamus bona acquirendi externa, saltenti tamen vitam, facultates externas et

et famam tuendi, quæ tamen homo vere regenitus ob dubiam aut erroneam conscientiam intermittere, adeoque semetipsum bonaque iua aliorum iniustis et rapacitati spolium tradere cogetur. Quo facto non modo in *femeipsum*, adeoque quoque in *D E V M*, grauiter peccat, sed quoque laatores suos in grauiorem prater necessitatem inducit culpam, nec improbitati et iniustia, quantum in ipso est, obicem ponit. Sed ut hæc omittamus, primo ab angelis, et dubiis conscientia concomitantis regenitum eximere potest legis notitia. Tuenire hoc potest tam vbi ex naturali se suaque tuendi stimulo, quam quoque vbi ob illatam vim externam aut ob iussum superiorum ad rem in se licitam cogitur ac impellitur, quam tamen ipse homo aut illicitam esse sibi persuader, aut de qua saltē num licita sit dubitat. Inter alia exempla hoc referri potest, vbi quis militiam pro re illicita habens, eidem nomen dare cogitur. Deinde autem inquietam conscientiam consequentem cauere quoque potest recta legis notitia. Qui enim indifferentismo *Herrnhutianorum* in lantificationis negotio infelius non fuerit, actiones suas sedulo ad examen vocat. Quo facto, debita deficiente legis intelligentia, variū minus necessarii, hinc quoque noxii exoriri possunt conscientia scrupuli, quibus gaudium spirituale, adeoque etiam alacritas in bono progrediendi insigniter turbatur retardaturque. Præsertim præstantissimus hoc pertinet legis *vñs*, per quem, legitimū suimetipius ad normam legis diuinae instituto examine de præfenti suo gratia statu homo certus evadere potest. Vt enim nullum certius est mortis spiritualis et alienationis vita *DEI*, *Eph. IV, 18.* documentum, quam peccati non subactum dominium et praualens in opera carnis perpetranda inclinatio: ita quoque nullo tutori quisquam cognoscit argumento *ex morte in vitam se transcendisse*, vitamque *eternam in femeipso manentem habere*, *i. Ioh. III, 14.* *15.* quam bonis operibus tanquam *fructibus spiritus*, mandatorumque diuinarum obseruatione. Ergo ut homo regenitus hoc suscipere possit examen, necesse est, vt quid legi diuinæ conueniat, quidue eidem repugnet cognitum habeat. Ea tamen has in re adhibenda est cautio, vt non tam bonitatis moralis, vel cum lege diuina conuenientia, quam actiones in abstracto consideratae habere possint, ratio habeatur: quam potius actiones determinationibus suis individualibus vestitæ spectentur et potissimum rationes, ex quibus profecte sunt, impulsuæ, harumque moralis conditio in censum veniant. Vnde simul eo felicius hoc examen succedere appetet, quo perfectioni quisquam gaudet legis peritia. Comprobari potest hic legis *vñs* tam ex indole fidei, et *noui hominis*, quam ex euidentissimis sacraum literarum testimoniosis. *i. Ioh. II, 3—5.* *III, 14. 15. 18. 19. 21. 22. 24.* *V, 2. 3.* *Rom. VIII, 1. 5. 8. 9. 14. 16.* coll. *Gal. V, 16.* *Eph. V, 9.* *Col. III, 12—14.*

§. IX.



§. IX.

Confirmatio ex exemplo Apostolorum desumpta.

Explicato hactenus, quantum pro rerum nostrarum ratione vacat, usum legis didactico, maioris confirmationis gratia adiuvimus adhuc eiusmodi nonnulla scriptura sacra testimonia, quibus *viri DEI* accuratam legis cognitionem renatis ac fidelibus aut commendant, aut ipsis impertunt, utpote quibus legem eiusque notitiam fidelibus egregie prodesse clarissime demonstratur. Prioris generis praecipua librorum noui foederis loca sunt. *Rom. XII, 2. Eph. V, 8. 10. 15. 17. Phil. I, 1. 9. 10. coll. Rom. II, 18.* Posterioris generis innumera sunt. Quoties enim virtus quadam fidelibus commendatur, laudatur aut imperatur, aut virtutem quoddam culpatur et quacunque dissuadetur ratione, toties legis pars explicatur. Illustriores tamen legis explicationes in fidelium usum existant. *Rom. XIII. Gal. V, VI, 1—10. Eph. IV, 17. Col. III, IV, 1—6.* Præterea hoc quoque pertinet integra epistola IACOBI, nec non prior PETRI.

§. X.

Opposita HOLLAZII sententia exponitur.

Discutienda adhuc restant contraria ab HOLLAZIO in hac causa adducta rationes, quas itaque ad finem properantes summatim respondendo breuiter expediemus. Quicquid disperse hac in causa opposuit coniunctim et simul sumi oporteret, si non modo breuiter ad ea respondendum erit, sed quoque aliquam obtinebunt speciem. Quapropter obiectiones illius omnes, in aliquem, quantum in re perplexa fieri potest, redactas ordinem, sequentibus includemus momentis. 1) A fidelibus in novo testamento tantum postulantur fides et amor r). 2) Has virtutes non lex sed euangelium iubet s). 3) Ad legis autem observationem fideles non obligati sunt, i Tim. I, 9. quia in cœconomia euangelii DEVS peccatoribus officium omne remisit, alioquin enim merito CHRISTI quicquam detraheretur, et obligatio ad observationem legis secundum eius rigorem in circumcisione fundata erat Gal. V, 3. t). 4) Ipsa sanctitas iuxta cœconomiam euangeli non est officium sed gratia, et prouenit ex fide et noua fidelium indole, quoniam nouæ sunt creaturæ u). 5) Normæ autem fidelium in negotio sanctificationis vicem non lex sustinet, quia fideles non sub lege sunt, sed spiritu DEI aguntur, Gal. V, 18. Rom. VII, 6. lex tantum

r) *Mess. Relig.* pag. 945. 972.s) I, c pag. 962. 939. *Erläuter. der Mess. Relig.* pag. 1070 — 1073.t) *Mess. Relig.* pag. 972. 931. 945.u) *Erläuter. der Mess. Relig.* pag. 1051. *Mess. Relig.* pag. 972. 974.

tum respiciebat externam sanctitatem et munditatem; spiritualiter autem intellecta obedientiam postular omnimode perfectam, qualis hominibus in hac vita impossibilis est, et propterea vocatur *iugum oneris*, *virga bumeri et baculum coactoris* diebus Messiae confringendum *Ies. IX, 4. coll. Matth. XI, 30*; nihil tamen minus nimis est particularis, cum non omnes praecipiat virtutes, que tamen omnes in C H R I S T O conspicuntur, cuius propterea exemplum perfectior est norma, quam fideles sequi debent x). 6) Neque conuidio de praefecta fidei et status gratiae ex bonis operibus legi conformibus querenda eit, ne quis salutem ex operibus legis, vti *Iudei* quondam, deriuare incipiat y).

§. XI.

Respondetur ad primum momentum.

Ad horum *primum* respondemus: 1) neque plura a fidelibus ante C H R I S T V M viuentibus postulabantur, nam amor est summa totius legis, adeoque omnia alia precepta aut virtutes sub se continet. *Matth. XXII, 36 — 40. Luc. X, 27, 28. coll. Rom. XIII, 8 — 10.* Et hoc sensu ipsa fides sub amore continetur. *Iob. XIV, 15, 21, 23, 24.* 2) Falso autem inde concluditur nullas alias specialiores inculcandas esse virtutes, hoc enim confutundini Apostolorum repugnat.

§. XII.

Item ad secundum.

Ad *secundum* momentum regerimus. 1) Si fides et amor mandata sunt, lege sunt mandata, quotiescumque enim D E V S quicquam praecipit, postulat aut requirit, toties eo ipso legem fert et promulgat. 2) De amore, etiam fraterno, hoc indubium plane reddit *Rom. XIII, 8, 10.* nec non *Gal. V, 13, 14.* 3) Qua ratione lex quoque fidem iubeat, supra ostendimus z). Hic tantummodo respondemus ad obiectiones aduersarii supra intactas a). Prima obiectio tripartita est. Primo existimat H O L L A Z I V S in lege tantum tradi preceptum de vno, et non pluribus Diis credendis. R. Ergo putat gentiles, si solum suum creditissent iouem, primo precepto satisfecisse? Deinde obicit legem tantummodo iubere in D E V M, nondum hominem factum credere; euangelium autem enarrare ipsum istum D E V M hominem factum esse, atque propterea iubere in D E V M credere, qui homo factus est. R. Restriccio ista neque in Decalogo neque alibi adiecta est. Ipse Decalogus iubet credere in verum D E V M, siue is homo factus fuerit, siue non. Reete affirmat H O L L A Z I V S euangelium enarrare D E V M factum esse hominem. Non autem

iubet

x) *Meff. Relig.* pag. 929 — 931. 969 sqq.

y) *Meff. Relig.* pag. 945. 965.

z) Cap. I. §. XIV sqq.

a) Plenissime exstant Erläuter. der *Meff. Relig.* pag. 1070 — 1073.



iubet in eum credere, quia euangelium lex non est. Lex suppeditat maiorem propositionem; euangelium autem minorem, quæ est res facti; unde fluit conclusio, qua lex est. Ante aduentum CHRISTI lex iussit credere in DEVM hominem futurum. Terrio obuerit HOL LAZIVS fidem saluificam iuxta veram euangelii intentiam in humanitatem CHRISTI, officium eius mediatorum, mortem crucis, sanguinem et vulnera dirigenadū esse. R. Ex vera euangelii sententia fides saluifica CHRISTVM ΘΕΑΝΘΡΩΠΟΝ et gratiam diuinam, iustitiam reliquaque bona salutem nostram spectantia ab ipso nobis promerita respicere debet. Ceterum longa opus non est disquisitione ex quoam generaliori fides saluifica deriuanda sit officio, cum mandatum de ea, adeoque legem habeamus conceptis verbis expressam. *Iob. III, 23. Iob. VI, 29. coll. com. 28. Marc. XVI, 16.* Si ad aliud generalius quoddam referenda est officium, rectissime ad obsequium in omnibus DEO debitum, ut et ad officium propriam nostram summam felicitatem in gratia DEI et vniōne cum eo quārendi, adeoque omnia, quibus ea obtinetur amplectendi media. Secunda obiectio inde desumitur, quod si fides lege esset mandata, voluntas hæc diuina: *credes in IESVM* esset voluntas DEI secundum legem, atque ita lex et euangelium confundentur. R. Si per voluntatem DEI secundum legem intelligitur voluntas DEI, quæ lex est, omnino ista voluntatis diuina enunciatio talis est. Hac autem a priori nonnihil diversa: *omnis qui credit in unigenitum DEI filium non peribit, sed habebit vitam æternam Iob. III, 16. euangelium est.* Tertia obiectio hac absolucione deducione ad absurdum: ergo lex est doctrina de CHRISTO, fide in eum, merito eius et gratia. R. Non ex omni parte legitima est consequentia. Doctrina de CHRISTO est, quæ CHRISTVM eiusque qualitates nobis describit, et talis lex non est. Lex docet fidem esse officium, non autem hominem per eam iustificari et saluiri. De merito CHRISTI lex nihil habet, nec de gratia diuina, perfecta deficiente obedientia. Instantiam ex Gal. III, 12, desumtam ipse refutat aduersarius adducta interpretatione LANGII, in qua posteriora verba priora explicant et determinant. Quarta obiectio inde desumitur, quod lex vocetur *lex operum*, euangelium autem *lex fidei*. Rom. III, 27. R. 1) Vox γέμος in isto loco quamlibet significat doctrinam b) 2) per legem et doctrinam operum talis intelligatur, necesse est, doctrina, qualem ludai, cum quibus controuersia PAVLO intercedebat, tuebantur, hoc est, quæ ita alia docuit legis opera ut fides, etiam tanquam opus speculata, excluderetur plane et superuacanea redderetur. Fides tantum

b) vid. S. V. PRÆSIDIS Ausleg. des Briefs an die Römer ad h. 1. et FLACII Clavis script. sacr. part. I. tit. Lex ab initio.



ut officium et bonum opus spectat ad legem pertinet. In iustificationis autem negotio, de quo PAVLVS in isto discurſu differit, non spectatur ut opus, adeoque hoc respectu operibus recte opponi potuit. Prior fidei respectus in posteriori fundatus est, non autem v. v. Eadem haec responsio quoque ad quintam pertinet obiectionem, quæ inde petitur, quod ex nostra sententia necessario fluat fidem esse opus legis, cum tamen PAVLVS eam continuo operibus legis opponat, et ulterius inde consequatur per legis opus nos saluari. Respondemus enim fidem quidem esse opus legis, non vero ut tale eam in iustificationis negotio spectari; lege enim mandata est, quia iustificat, adeoque non iustificat quia lege est mandata. Vbi igitur de iustificationis negotio agitur fides recte sibi meti ipsi, ut opus spectatæ, opponitur, multo itaque magis aliis legis operibus, vt pote quæ, si per ea iustitia obtineri posset, fidem hanc etiam ut opus spectatam excluderent. Ergo neque sequitur nos per legis opus, quia tale, saluari c.). Sexta obiectione merum est sophisma, ira enim sonat: principiis theologicis repugnat legi credenda tribuere. Nam ex nostra sententia lex non enarrat credenda, sed fidem ab euangelio enarrari haberi iubet. Septima obiectione a dupli deriuatur peccatorum genere, altero contra legem, altero contra euangelium, quod *Hebr. X, 28.* deprehendere sibi videtur aduersarius. Resp. Ibi grauiores legis Mosaica transgressiones, quibus MOSIS auctoritas violabatur, quibus proinde poenæ capitales statuta erant, quales tamen non fuerunt omnes Mosaicae legis transgressiones, contemni filii DEI non tam opponuntur, quam potius comparantur, argumentationis nervio non in legis et euangeli comparatione, sed in maiori CHRISTI, tanquam filii et heraldis præ MOSE, qui seruus erat, præcellentia conf. *Cap III, 1—6.* Octauæ obiectioni supra satisfactum est d). Nona obiectione afferit legem non posse fidem et fiduciam in DEV M præcipere, quia in lege DEV S se tanquam DEV M ira accensum manifestauit. Falso huic assertio responsionis loco opponimus explicationem primi precepti decalogi ex Catechismo LUTHERI minori desumptam: *debenus DEV M super omnia timere, diligere et illi confidere.* In ultima obiectione ex *Iob. XVI, 9.* coll. 2 *Cor. VII, 6.* concluditur infidelitatem per solum euangelium reprehendi. Resp. Per principiū petitionem presupponitur per ministerium legis posteriori loco solum intelligi euangelium.

§. XIII.

e) conf. Cap. I. §. XIV.

d) Cap. I. §. XIV.



§. XIII.

Tertium momentum excutitur.

Circa *tertium* momentum obseruamus sequentia. 1) Merito **CHRISTI** acceptum referre debent fideles, quod non sub æternæ mortis et damnationis poena ad obseruationem legis omnibus numeris absolutam teneantur. 2) Tamen quicquid legi diuinae contrarium est, fugere debent, alias enim quedam saltem peccata licita essent, quod impium dictu, et immutabilitati legis diuinae repugnat. Adeoque ad obseruationem legis diuinae perfectissimam alio respectu obligantur. 3) Fieri nulla ratione potest, ut **DEVS** homines officio, quo ipsi deuinclit sunt, exsolueret. Repugnat enim essentiæ et naturæ **DEI** æque ac hominum. 4) Ergo pretium meriti **CHRISTI** nihilo immunitur ubi fideles ad legem seruandam obligati pronunciantur e). 5) Locus i Tim I. 9. aliter intelligi nequit ac Gal. V. 23. 6) Gal. V. 3. intelligitur lex, vt inter ludos accipiebatur, de complexu omnium quæ per **MOSEN** mandata erant. Hæc lex integra seruabatur, obseruans quoque legibus cunctis ceremonialibus et forensibus.

§. XIV.

Ad quartum momentum respondetur.

Ad *quartum* momentum peruenimus. 1) Gratia diuina utique acceptum referant, necesse est, fideles, quod sancti esse, adeoque officio suo satisfacere possint, ipso tamen sanctitate officio immutabiliter et æternō manente. 2) Ex noua indole et natura regenitorum, hoc est ex viribus diuinitus collatis quidem prouenit quicquid boni legique conuenienter perficere possunt regeniti. Ipsa autem hæc noua indoles consistit in facultate et alacritate ea decernendi ac exsequendi, quæ legi diuinae conformia, adeoque sui officii esse regenitus intellexerit; adeoque non tollit legis usum, sed eum confirmat. Ergo 3) noui istius indolis pretium, neque ita est extenuandum, vt in cæco quodam et bruto ponatur in eas res instinctu, quas alia creatura rationales libere, quia supremus eorum Dominus eas postulat, decernunt et exsequuntur; neque ex altera parte ita nimis est extollendum, vt perfecta asseratur fidelium *divinae gratia*, et necessitas peccatoe reluctandi tollatur.

§. XV.

Nec non ad quintum.

Quod ad *quintum* atinet: 1) Quicquid vitæ et morum norma et regula est, illud lex est. Aut itaque nulla datur vitæ instituendæ regula, aut lege

M 3

ven-

e) conf. Cap. I. §. XIII.



vtrendum est 2) Quo sensu fideles, *Gal V, 18.* non sub lege esse dicantur aper-
 te declarat *com. 23* nempe quia lex iis non contraria et inimica est. 3) Si per
 spiritum hoc loco intelligatur Spiritus Sanctus eiusque directio: obseruetur eam
 potissimum per procurata idoneam legis cognitionem fieri, quia spiritu Sanc-
 tus mediante verbo agit. Si intelligitur noua indoles, sicut *Rom. VII, 6.* te-
 nenda sunt, que § sup. diximus. 4) Non fideles veteris testamenti, *Rom. VII, 6.*
 dicuntur in antiquitate litera seruuisse, quia ad legem moralem seruandam tene-
 bantur; sed de irregenitis, qui iustitiam ex lege querunt, nec liberati sunt a
 coactione et condemnatione, illud pronunciatur. *conf. com. 5.* 5) Legem tan-
 tum externam præcepisse sanctitatem et munditiem, nequidem de legibus cere-
 monialibus, multo minus de morali veritate consentiente asseritur. Lex enim
 moralis semper spiritualis intelligenda est et fuit. 6) Quod maiorem postulet
 obedientiam, quam quæ hominibus in hac vita praestitu possibilis est, non impe-
 dit, quo minus sit norma et regula, ad quam actiones suas pro virili compo-
 nere debent fideles, non neglegitis plane doctrinis euangelii. 7) *Ius IX, 4.* Legem
 moralem indigitari, vt et *Matth. XI, 29. 30.* intelligi euangelium, exulta lege, est
 petitio principii f). 8) Legem diuinam non omnes præcipere virtutes æque
 impie asserunt, ac contradictorum est g). 9) Omnino C H R I S T V M imitari
 debent fideles, eiusque exemplum est norma ac regula vita instituenda, sed eo
 ipso legem docet. Immo ideo imitandum est C H R I S T I exemplum, quia
 cum lege perfectissime conuenit. Ergo si ad seruandam legem fideles non obli-
 gati essent, neque ad imitandum exemplum C H R I S T I tenerentur. Etiam
 exemplum C H R I S T I perfecum et consummatum est, et est perfectissime
 obedientiae exemplum. Quod si itaque lex fidelibus regule loco inferire ne-
 quirit, quia perfectissimam postulat obedientiam, utique idem imitationi exem-
 pli C H R I S T I obiici potuisset. Lege tamen perfectior norma exemplum
 C H R I S T I esse nequit, quia lex diuina est perfectissima, maxime cum exem-
 plum C H R I S T I sub lege comprehendantur. Præterea autem, si non adesse
 alia legis manifestatio præter exemplum C H R I S T I, hoc non potuisset esse per-
 fœcta, sufficiens et adæquata fidelibus hodie viuentibus norma. Primo enim
 C H R I S T V S non in omnibus constitutus fui circumstantiis, in quas fideles
 incurtere possunt. Deinde exemplum C H R I S T I aliter fidelibus iam viuen-
 tibus normæ loco esse nequit, quam quartenus in rerum C H R I S T I gestarum
 monumentis descriptum est. Ibi autem vii multa facta C H R I S T I reticen-
 tur, ita quoque non omnes eius virtutes explicite enarratae sunt, adeoque ex-
 emplum

f) vid. *le Nouv. Testament etc.* ad *Matth. XI, 28. 29.*

g) *conf. Cap. III. §. XX.*

LEGIS DIDACTICO. 95

emplum CHRISTI perfecte depictum non habemus, nisi in lege diuina. Denique cum exemplum CHRISTI nihil aliud sit, quam fons quidam legis cognoscendæ; vñus autem legem cognoscendi modus alterum non tollat, siquidem in sacris literis præter expressa mandata, et exemplum CHRISTI, etiam exemplum DEI essentialiter considerati; ut et sanctorum hominum imitandum proponitur *Matth. V, 45 - 48. Eph. V, 1. 1 Petr. I, 16. 1 Cor. IV, 10. XI, 1. 1 Thess. II, 14. Hebr. VI, 12;* quin ex quo pluribus hauriatur riuius, eo perfectione colligitur legis cognitione: ex debita imitatione CHRISTI concludi nequit officia aliter quam ex exemplo CHRISTI omnino docenda non esse; multo autem minus legis doctrinam respectu vitæ regenitorum formandæ nullam habere utilitatem.

§. XVI.

Et denique ad sextum.

Quod tandem ad ultimum momentum attinet, quicquid aduersarius in medium produxit, tantum docet caendum esse indicatum ab ipso legis abusum, non autem tollendum esse a nobis indicatum eiusdem usum. Ex bonis operibus regenitus de statu suo gratia conuictus euadere potest. Non autem istum statum ex bonis suis operibus deriuare eum oportet, sed ex fide, cuius illa fructus et signa sunt. Adeoque neque bonis suis operibus confidere debet, sed omnem suam felicitatem ob meritum CHRISTI per fidem exspectabit.

T A N T V M.



DOCTIS-

DOCTISSIMO DISSERTATIONIS HVIUS
NON DEFENSORI SOLVM,
SED ETIAM AVCTORI,
CLARISSIMO

N A N N E S T A D,

S. P. D.

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS.

Quo rariores sunt sacrarum litterarum cultores, qui solida in studio theologie revelatae iaciunt fundamenta, eo maiore in pretio habentur ab his, qui promouendis ecclesiæ Christi commodis cuperent quam plurimos ita preparari ac instrui, ut idonei euaderent ad veritatem non intelligendam docendamque solum, verum etiam, propugnandam vindicandamque, si opus sit, ab aliorum deniationibus. In horum numero cum et Te esse, docta hec tua prodat exercitatio, equidem adfectum erga Te meum dissimilare non debui. Potius gaudeo, tempus, quod colendis sanctoribus studiis, cum alibi, tum in nostra academia transegisti, ita a Te collocatum esse, ut non solum sperari, verum etiam confidai omnino possit, fore, ut fructus, iisque salutares, inde in ciuitatem Dei redundant. Quare ut Tibi, qui et ex meis aliquando fuisti auditoribus, de eximiis profectibus impense gratulor, sic, ut et abbinc magis magisque in omni cognitione et experientia spirituali crescas atque abundes, ex animo precor. Hale d. 18. April. A. MDCCCL.



Pon Tl 1383

✓


ULB Halle
004 128 761

3



B.I.G.

Farbkarte #13



SPECIMEN THEOLOGICVM
DE *Am 3.*
VSV LEGIS NECESSARIO
QVOD
PRAESIDE
VIRO SVMME VENERABILI, AMPLISSIMO,
LONGE CELEBERRIMO
DOMINO
SIGISM. IACOBO BAVMGARTEN
S. S. THEOLOGIAE DOCTORE, EIVSDEMQUE PROFESSORE PUBLICO
ORDINARIO, SEMINARII THEOLOGICI DIRECTORE, REGIARVM
MENSARVM EPHORO, ET ACADEMIAE SCIENTIARVM
BEROLINENSIS MEMBRO
FAVTORE AC PRAECEPTORE SVO AETATEM
DEVENERANDO,
A. D. APRIL A. R. S. MDCCCL.
H. L. Q. C.
PUELICE DEFENDET
AVCTOR
NICOLAVS NANNESTAD
NIDROSIA NORVEGV.
HALAE MAGDEBURGICAE,
TYPIS IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI.